Habetne pater tuus tantum auri, quantum argenti? — Plus hujus quam illius habet. — Estne ei tantum theæ, quantum coffeæ? — Est ei plus de hoc quam de illo. — Habetne navarchus tot nautas quot naves? — Plures ex unis quam ex alteris habet. — Habesne tot verveces quot ego habeo? — Totidem habeo. — Estne peregrino tantum animi, quam nobis? — Est ei tantundem. — Estne nobis tantum chartæ bonæ, quantum vilis? — Est nobis tantundem (tantum) alterius quantum illius. — Habemusne tantum casei quam panis? — Plus habemus hujus quam illius (de hoc quam de illo). — Habetne filius tuus tot placentas, quot libros? — Plures horumce quam illarum habet; plures ex alteris quam ex alteris habet. — Quot (Quam multos) libros habet? — Plus quinque (quina) milia habet. — Habetne plus viginti naves? — Minus viginti habet; non habet nisi quindecim (quindecim tantum) habet. — Num puerculus iste plus decem digitos habet? — Non plus decem habet.

### 33. DICTATA TRICESIMA TERTIA.

Quot liberos habes? — Unum tantum habeo, sed frater meus plures habet, quam ego; is quinque habet. — Habetne filius tuus tantum ingenii, quantum meus (habet)? — Minus ingenii quam tuus habet, sed plus fortitudinis (animi). — Liberi mei plus animi habent quam tui. — Estne mihi tantum pecuniæ quantum tibi est? — Immo tibi minus est. — Suntne tibi tot libri quot mihi (sunt)? — Immo mihi pauciores sunt. — Habeone tam multos inimicos quot pater tuus (habet)? — Pauciores quam ille habes. — Habetne Americani plures liberos (plus liberorum) quam nos? — Pauciores quam nos

habent. — Num nobis tot naves quot Anglis sunt? — Pauciores nobis sunt. — Habemusne pauciores cultros (minus cultrorum), quam liberi nostrorum amicorum? — Pauciores habemus quam illi. — Quot habent? — Plus octaginta habent. — Quot habemus nos? — Minus duodecim habemus.

#### 34. DICTATA TRICESIMA QUARTA.

Quis pauciores amicos habet, quam nos (habemus)? — Nemo pauciores habet. — Tenesne tantum meæ theæ, quantum (quam) tuæ? — Tantum tuæ quantum (quam) meæ habeo. — Suntne mihi tot tuorum librorum quot meorum? — Pauciores meorum habes, quam tuorum. — Habetne Hispanus tantum vestræ pecuniæ quantum suæ? — Minus suæ propriæ habet quam nostræ. — Estne pistori tuæ minus panis quam pecuniæ? — Minus hujusce quam illius habet. — Suntne mercatori nostro pauciores canes quam equi? — Sunt ei pauciores horum quam illorum; pauciores ex unis quam ex alteris. — Sunt ei pauciores equi (equorum) quam nobis, et nobis est minus panis quam ei. — Habetne vicini nostri tot curros quot nos habemus? — Nos pauciores habemus. — Nos minus frumenti et minus carnis quam illi habemus. — Nos paulum tantum frumenti, sed sat (satis) carnis habemus. — Quot domus tibi sunt? — Sunt mihi plus triginta. — Quot equos (equorum) frater amici nostri habet? — Plus centum equos (equorum) et minus quinquaginta libros (librorum) habet. — Quantum pecuniæ habemus? — Nos minus decem schillingos habemus. — Num juvenis pauciora habet specula, quam nos (habemus)? — Immo plura (plus) habet, quam vos; plus mille habet.

#### 35. DICTATA TRICESIMA QUINTA.

Amatne te frater tuus? — Vero, me amat. — Amasne tu eum? — Eum amo. — Amatne eum pater tuus? — Eum non amat. — Amasne me, fili mi bone? — Te amo. — Num hominem istum turpem amas? — Eum non amo. — Aperitne famulus fenestram? — Aperit (Vero, eam aperit). — Aperisne tu eam (Tunc eam aperis)? — (Eam) non aperio. — Ecquid (Num) librum aperit? — (Eum) non aperit. — Disponisne libros meos? — Dispono. — Disponitne famulus caligas et calceos nostros? — Disponit vero et alteros et illas (Disponit

vero ambo). — Amantne nos liberi nostri? — Nos amant. — Num nos inimicos nostros amamus? — Eos non amamus. — Quid mihi das? — Non do tibi quidquam (Tibi nihil do). — Ecquid fratri meo librum das? — Do vero. — Dasne ei unum pileum? — Do ei unum aliquem. — Quid ei das? — Ego ei aliquid (quiddam) pulchri do. — Quid tibi dat? — Mihi nihil dat (Non dat mihi quidquam).

### 36. DICTATA TRICESIMA SEXTA.

Lavatne nauta tibialia sua? — Lavat. — Lavasne tu manus tuas? — Vero, eas lavo. — Lavatne frater tuus tot indusia quot tibialia? — Plura illorum quam horum (de unis quam de alteris) lavat. — Num tu indusia tua lavas? — Ea non lavo. — Utrum fratres tui tibialia lavant sua an nostra? — Nec tua nec sua propria lavant; lavant illa suorum liberorum. — Quid portat famulus tuus? — Mensam magnam portat. — Quid portant homines isti? — Sellas suas ligneas portant. — Quos libros portat juvenis? — Libros bonos portat. — Num eos legit (Legitne eos)? — Eos non legit. — Quid legis? — Nihil lego. — Quid dicunt homines? — Dicunt aliquid boni. — Quid dicis? — Non dico quidquam. — Quid agis (facis)? — Nihil ago (facio). — Quid agunt (faciunt) pueri? — Aliquid mali (nequam) agunt (faciunt). — Libros bonos legunt. — Utrum hi homines (viri) esuriunt an sitiunt? — Neque esuriunt neque sitiunt.

### 37. DICTATA TRICESIMA SEPTIMA.

Audisne aliquid (Numquid audis)? — Nihil audio. — Audisne pater tuus aliquid? — Nihil neque audit neque videt. — Videsne aliquid (Numquid vides)? — Nihil quidquam video. — Videsne hortum meum magnum? — Video. — Videtne pater tuus navem nostram? — Non videt; sed nos videmus. — Quot naves vides? — Permultas videmus; videmus plus triginta. — Dasne mihi libros? — Do tibi aliquot. — Datne vobis pater vester pecuniam? — Nobis non dat. — Videtisne multos nautas? — Immo plures (plus) militum quam nautarum videmus. — Videntne milites multas cellas penarias? — Plures hortos (plus hortorum) quam cellas penarias vident. — Dantne vobis Angli placentas bonas (panificia bona)? — Dant

nobis nonnullas. — Dasne mihi tantum vini quantum cervisiæ? — Do tibi tantum ex altero quantum ex alterâ. — Dasne mihi panificia aliquot amplius? — Non do tibi ulla amplius. — Num mihi das equum, quem habes? — Non do tibi eum (illum), quem habeo. — Quem equum mihi das? — Tibi do (illum) fratris mei. — Egesne pecuniâ tuâ? — Egeo. — Indigetne pater tuus famuli sui? — Indiget ejus. — Egesne aliquâ re? — Nihil (nullâ re) egeo. — Indigemusne pilento nostro? — Indigemus. — Egentne amici nostri vestibus suis? — Egent.

### 38. DICTATA DUODEQUADRAGESIMA.

Esne studiosus legendi? — Sum vero studiosus legendi. — Num fratres tui studiosi sunt legendi? — Non sunt studiosi legendi. — Quis legendi studiosus est? — Mercatores legendi studiosi sunt. — Venitne videndi causâ (gratiâ)? — Venit vero videndi causâ. — Veniunt audiendi gratiâ. — Estne vinum utile bibendo? — Utile est. — Non est utile bibendo. — Esne tu solvendo? — Solvendo sum. — Non sum solvendo. — Estne locus facilis ad capiendum? — Immo difficilis ad capiendum est. — Legisne inter ludendum? — Non lego inter ludendum. — Quâ re hominis mens alitur? — Alitur discendo et cogitando. — Consumitne otium suum (in) legendo? — Immo vero, domine, (id in) ludendo consumit. — Legitne discendi gratiâ? — Immo scribendi causâ legit.

### 39. DICTATA UNDEQUADRAGESIMA.

Estne tibi legendum? — Non est mihi legendum. — Estne mihi dormiendum? — Est mihi dormiendum. — Estne fratri tuo eundum? — Est ei eundum. — Cui eundum est? — Iis eundum est. — Audendumne est? — Audendum est. — Non audendum est. — Quid est faciendum? — Suo cuique iudicio utendum est. — Alisne tu canes ad venandum? — Non alo. — Estne tibi epistola scribenda (Scribendane est tibi epistola)? — Est mihi una scribenda. — Suntne mihi epistolæ scribendæ? — Sunt tibi nonnullæ scribendæ. — Cui sunt multæ epistolæ scribendæ? — Mercatori sunt multæ scribendæ. — Mihi non sunt ullæ scribendæ. — Cui est diligentia adhibenda? — Adhibenda et colenda est nobis omnibus.

## 40. DICTATA QUADRAGESIMA.

Estne tibi consilium epistolæ scribendæ? — Est mihi consilium plurium scribendarum. — Estne patri tuo consilium epistolarum scribendarum? — Est ei consilium et epistolarum et schedularum scribendarum. — Adestne tempus abeundi? — Abeundi tempus nondum adest. — Estne tempus loquendi? — Est vero tempus loquendi. — Esne tu occupatus (Occupatusne es) in litteris scribendis? — Ego non in litteris, sed in schedulis scribendis occupatus sum. — Studiosusne est filius tuus epistolarum scribendarum? — Non scribendarum, sed legendarum studiosus est. — Estne charta utilis scribendo? — Est. — Estne tibi copia (facultas) loquendi? — Est mihi copia loquendi (dicendi). — Cui est copia legendi? — Filio tuo copia est legendi et scribendi. — Quis venit videndi causâ? — Ego videndi gratiâ venio. — Quis ad naves comparandas missus est? — Missus est navarchus. — Estne tibi studium illud efficiendi? — Est. — Quid est nobis faciendum? — Suum cuique (nobis) tribuendum est.

## 41. DICTATA UNA ET QUADRAGESIMA.

Estne tibi adhuc (etiamnunc) voluntas amici mei domus emendæ (Cupisne etiamnum domum amici mei emere)? — Est mihi adhuc voluntas; sed non habeo pecuniam (pecuniâ careo). — Estne tibi spatium ad laborandum? — Est mihi spatium; deest autem voluntas laborandi. — Estne ei otium ad bacula secanda? — Est ei otium ad aliquot secanda. — Cupisne panem (aliquantulum panis) secare? — Cupio nonnullum secare, sed cultro careo (deest mihi culter). — Estne tibi tempus (spatium) ad caseum secandum? — Est mihi spatium ad aliquantulum secandum. — Cupitne ille arborem (illam) secare? — Cupit vero eam secare, caret autem otio. — Estne ei spatium ad pannum secandum? — Est ei spatium ad nonnullum secandum. — Estne mihi (Mihine est) otium ad arbores secandas? — Est mihi otium ad eas secandas. — Estne pictori voluntas equi emendi? — Immo ei duorum emendorum voluntas est. — Habetne navarchus tempus ad loquendum? — Tempus quidem habet, caret autem voluntate loquendi. — Habesne studium currus emendi? — Habeo vero studium unius emendi. — Estne mihi voluntas domus emendæ? —

Est tibi voluntas unius emendæ. — Ecquid fratri tuo voluntas est bovis magni emendi? — Immo ei voluntas est parvi emendi. — Nobis est voluntas boum parvorum emendorum. — Quot equorum emendorum tibi est voluntas (Quot equos emere cupis)? — Est mihi voluntas quattuor emendorum (Cupio emere quattuor). — Estne alicui voluntas (studium) scoparum emendarum? — Voluntas est homini huicce unarum emendarum (Homo hic unas emere cupit). — Quid emendi homini illi est voluntas (Quid emere cupit homo ille)? — Est ei voluntas unum pulchrum currum, tres pulchros equos, bonam theam et bonam carnem emendi (Unum pulchrum currum &c. emere cupit).

#### 42. DICTATA ALTERA ET QUADRAGESIMA.

Cupidus es loquendi (dicendi)? — Cupidus sum, sed otio ad loquendum careo. — Audesne brachium tuum secare (Estne tibi animus brachii tui secandi)? — Non audeo (id secare). — Estne mihi fas (Licetne mihi) loqui? — Tibi non est nefas loqui, sed nefas tibi est arbores meas secare (Licet tibi quidem loqui, sed arbores meas secare tibi non licet). — Cupitne amici tui filius unā plus avium emere (Cupidusne est . . . unā plus avium emendi)? — Cupit vero uno plus emere (Cupidus est unius plus emendi). — Estne tibi voluntas unā plus togarum pulchrarum emendi? — Est mihi voluntas unā plus emendi. — Cupimusne aliquot plus equorum emere? — Cupimus quidem aliquot plus emere, sed non amplius pecuniæ habemus. — Quid emendi vobis est voluntas? — Voluntas est nobis aliquid boni emendi, et vicinis nostris aliquid pulchri emendi voluntas est. — Num liberi eorum avium emendarum cupidi sunt? — Liberi eorum avium emendarum non cupidi sunt. — Estne tibi animus navarchi risci emendi (Audesne navarchi riscum emere)? — Est mihi cupiditas ejus emendi, sed non amplius pecuniæ habeo (non est mihi reliqua pecunia). — Quis canis mei pulchri emendi-cupidus est? — Nemo ejus emendi cupidus est. — Cupisne emere aves meas pulchras, an illas Francogallorum? — Illas Francogallorum emere cupio. — Quem librum cupit ille emere? — Emere cupit eum, quem tu habes, eum quem filius tuus habet, et illum quem meus habet. — Habesne duos equos? — Unum tantum habeo, sed uno amplius emendi cupidus sum (unum amplius emere cupio).

## 43. DICTATA QUADRAGESIMA TERTIA.

Cupisne litteras meas (epistolam meam) servare? — Cupio eas (eam) servare. — Licetne mihi (Estne mihi fas) pecuniam tuam reponere? — Licet tibi eam reponere. — Cupitne sartor togam meam conficere? — Cupit vero eam conficere, sed non est ei spatium (sed otio caret). — Estne sartori tempus (spatium) ad togas meas reparandas? — Est ei tempus ad eas reparandas (reficiendas). — Audesne pileum meum comburere? — Comburere eum non audeo; cupidus sum ejus servandi. — Estne sartoris puero spatium ad caligas meas reficiendas? — Non est ei spatium ad eas reficiendas. — Quid amici nostri sartori est reficiendum? — Togæ nostræ veteres ei reficiendæ sunt. — Cui sunt reparandæ nostræ caligæ? — Reparandæ sunt sutori nostro. — Quid opifici pileorum nostro faciendum est? — Reficiendi sunt ei pilei vestri magni. — Estne fratris tui fabro tignario aliquid faciendum? — Reparandæ sunt ei mensæ nostræ magnæ et sellæ nostræ parvæ. — Visne meos viginti septem thaleros reponere? — Volo eos reponere (servare). — Utrum tollere vis thalerum illum an florenum illum? — Ego ambos (utrumque) tollere volo. — Num vis digitum ejus (illius) secare? — Non volo (Nolo) eum secare. — Vultne pictor acetum comburere? — Vult vero nonnullum comburere. — Num rusticus panem suum vult comburere? — Non suum, verum vicini sui comburere vult. — Estne tibi aliquid faciendum? — Non est mihi quidquam faciendum. — Estne nobis aliquid (Ecquid est nobis) faciendum? — Coffea nostra nobis calefacienda est. — Visne loqui? — Volo vero loqui (Loqui non nolo). — Vultne filius tuus laborare (opus facere)? — Non vult laborare.

## 44. DICTATA QUADRAGESIMA QUARTA.

Visne aliquid emere? — Volo quiddam emere. — Quid emere vis? — Libros aliquot bonos emere volo. — Quid ei est emendum? — Emendus est ei equus (aliquis) bonus. — Utrum emere vis hanc mensam an illam? — Ego neque hanc neque illam emere volo. — Quam domum amicus tuus emere vult? — Magnam fratris tui domum emere vult. — Vultne famulus tuus ignem meum (or mihi) accendere? — Vult (eum accendere). — Utrum pater tuus hos verveces emere vult an



hos boves? — Non vult emere neque alteros neque alteros. — Utrum umbraculum meum an baculum meum emere vult? — Ambo (utrumque) emere vult. — Vultisne ignem accendere? — Nolumus (unum accendere). — Quid facere (conficere) vis? — Acetum facere volo. — Visne cultrum meum quærere? — Volo eum quærere (Quærere eum non nolo). — Numquid tibi est quærendum (Estne tibi aliquid conquirendum)? — Non est mihi quidquam quærendum. — Estne ei otium ad filium meum quærendum? — Est ei otium, sed quærere eum non vult. — Quid ei faciendum est? — Accendendus est ei ignis, lavanda sunt tibialia mea lintea, emenda sunt bona coffea, bonum saccharum, bona aqua, atque bona caro. — Vultne ille riscum tuum bonum emere? — Vult eum emere. — Utrum emere vis domum meam magnam an parvam? — Nolo emere nec domum tuam magnam nec parvam; cupio emere illam amici nostri. — Num equos meos bonos emere vis? — Nolo eos emere. — Quot verveces emere vis? — Duo et viginti emere volo. — Vultne peregrinus multum frumenti emere? — Immo vero paulum tantum emere vult. — Visne magnam digitabulorum copiam emere? — Immo vero pauca tantum emere volo; liberi autem nostri permulta emere volunt. — Numquid illi quærere volunt caligas easdem, quas nos habemus? — Non eas quas vos habetis, sed eas quas pater meus habet, quærere volunt. — Utrum tu quærere vis togas meas, an illas Francogalli boni? — Nolo neque tuas neque illas Francogalli boni quærere; quærere volo meas atque illas filii mei boni.

#### 45. DICTATA QUADRAGESIMA QUINTA.

Num tu vis (Cupisne) togam meam lacerare? — Nolo (Non cupio) eam lacerare. — Num frater tuus librum meum pulchrum lacerare vult (cupit)? — Non cupit eum lacerare. — Quid lacerare vult? — Cor tuum lacerare vult. — Apud quem est pater noster? — Apud amicum suum est. — Ad quem vis ire (tu ire vis)? — Ad te ire volo (cupio). — Visne domum meam ire? — Non tuam, sed in illam sartoris mei ire volo (cupio). — Vultne (Cupitne) pater tuus ad amicum suum ire? — Vult ad eum ire. — Apud quem (In eujs domo) est filius tuus? — Apud nos est (Domi nostræ est). — Voluntne liberi tui ad amicos nostros ire? — Volunt (Cupiunt) ad eos ire. — Estne peregrinus apud fratrem nostrum? — Est apud

eum. — Apud quem est Anglus (In cujus domo est)? — Apud te est (Tuæ domi est). — Estne Americanus apud nos (domi nostræ)? — Non, domine, non est apud nos; in domo amici sui (apud amicum suum) est. — Estne Italus apud amicos suos? — Est apud eos (In domo eorum est).

#### 46. DICTATA QUADRAGESIMA SEXTA.

Visne domum ire? — Nolo ire domum (Domum ire non cupio); volo ire in domum filii vicini mei. — Num pater tuus domi est (Estne pater tuus domi)? — Non vero, domine, domi non est. — Apud quem (In cujus domo) est? — Apud bonos vicini nostri veteris liberos est. — Num in alicujus domum ire vis? — Nolo in cujusquam domum ire. — Apud quem est filius tuus? — Apud neminem est (Non est in domo cujusquam); domi suæ est (apud semet ipsum est). — Quid domi facere vult? — Bonum vinum bibere vult. — Visne epistolas meas domum tuam portare? — Immo eas in domum paternam portare volo. — Quis scidulas meas portare vult? — Juvenis eas portare vult. — Num eas domum meam portare vult? — Non; in domum fratris sui (*or* fraternam) eas portare vult. — Estne ejus pater domi? — Domi suæ non est; apud peregrinum (in peregrini domo) est. — Quid est tibi ad bibendum (Quid bibendum habes)? — Non est mihi quidquam ad bibendum (Nihil bibendum habeo). — Estne filio tuo aliquid ad bibendum? — Sunt ei bonum vinum et bona aqua ad bibendum. — Vultne famulus tuus libros meos ad fratres meos portare (ferre)? — Vult eos in domum eorum portare. — Quid tu domum meam portare vis? — Domum tuam portare volo duas gallinas, tres aves, bonum panem et bonum vinum. — Num tu has sellas domum meam portare vis? — Non has, sed (verum) illas portare volo. — Quid facere vult Germanus domi? — Laborare et bonum vinum bibere vult.

#### 47. DICTATA QUADRAGESIMA SEPTIMA.

Quid est tibi domi (Quid domi habes)? — Non est mihi quidquam domi (Nihil domi habeo). — Estne tibi domi aliquid ad bibendum? — Nihil ad bibendum habeo; non habeo nisi aquam nequam. — Habetne centurio tantum coffeæ quantum sacchari domi? — Tantum de illâ quantum de alterâ habet

domi. — Visne tot thaleros quot orbiculos fibulatorios in fratris mei domum portare? — Ego in domum ejus tot alterorum quot alterorum portare volo. — Visne vasa vitrea magna domum meam portare? — Volo aliquot domum tuam portare. — Cupitne mercator tot boves quot verveces emere? — Emere cupit quot ex alteris tot ex alteris (tot horum quot illorum). — Reparandine sunt sutori tot calcei quot caligæ? — Reparandi sunt ei quot illorum tot harum. — Estne ei tantum vini quantum aquæ ad bibendum? — Est ei ad bibendum tantum alterius quantum alterius (quantum de hac tantum de illo). — Cupitne Turca vasa (aliqua) vitrea confringere? — Cupit verononnulla confringere (Cupidus est aliquot confringendi). — Estne cupidus vini bibendi? — Non est cupidus bibendi. — Visne aliquid de me emere (Numquid a me emere vis)? — Nolo de te quidquam emere (Nihil a te emere volo). — De quo (A quo) tu vis frumentum tuum emere? — Volo id de mercatore magno emere. — De quo boves suos emere volunt Angli? — De (a) Batavis eos emere volunt (cupiunt). — Numquid Hispani emere volunt? — Nihil emere volunt (cupiunt).

#### 48. DICTATA DUODEQUINGAGESIMA.

Visne aliquo ire? — Nusquam ire volo (Nolo usquam ire). — Num filius tuus ad aliquem ire vult? — Ad nullum (neminem) ire vult. — Quando vis juvenem tuum ad pictorem ducere? — Ego illum hodie ad eum ducere volo. — Quo ille has aves portare (ferre) vult? — Non vult eas usquam portare. — Visne medicum hunc ad hominem ducere? — Volo illum ad eum ducere. — Quando (Quo tempore) illum vis ad eum ducere? — Ego illum hodie ad eum de ducere volo. — Voluntne medici ad fratrem tuum bonum venire? — Nolunt ad eum venire. — Num quem mihi famulum mittere vis? — Nolo tibi quenquam mittere. — Visne filium aliquem ad medicum mittere? — Volo unum ad eum mittere. — Apud quem (Quocum) est medicus? — Apud neminem (Cum nemine) est. — Visne ire aliquo? — Vero, ad bonos Americanos ire volo. — Estne ei otium ad veniendum domum meam? — Non est ei otium ad veniendum (eo). — Vultne (cupitne) centurio unâ plus epistolarum scribere? — Vult vero scribere unâ amplius. — Visne scribere schedulam? — Volo unam scribere. — Cupidusne est amicus tuus tot epistolarum scribendi quot ego? — Cupidus est totidem scribendi.

## 49. DICTATA UNDEQUINGUESIMA.

Ubi frater tuus est? — Domi est. — Quo (quorsum) tu ire vis? — Domum ire volo (cupio). — Quo pater tuus ire vult? — Domum tuam ire vult. — Quo vis hanc epistolam portare? — Ego eam in domum vicini mei portare volo. — Estne filius tuus domi? — Est (ibi). — Quo vult sutor caligas meas portare? — Vult eas domum tuam portare. — Vultne eas domum portare? — Vult eas eo portare. — Visne saccharum bonum domum tuam mittere? — Volo eo mittere nonnullum. — Vultne pistor bonum panem domum mittere? — Vult eo mittere nonnullum. — Visne venire ad me (ad me venire)? — Volo ad te venire. — Quo tu ire vis? — Ad Francogallos ire volo. — Voluntne Itali boni domum nostram ire? — Nusquam ire volunt (Nolunt usquam ire). — Visne filium tuum domum meam ducere? — Ego eum non tuam, verum in centurionis domum deducere volo. — Quando tu eum in centurionis domum ducere vis? — Ego eum cras illuc ducere volo. — Habesne multas epistolas scribendas? — Non habeo nisi paucas scribendas (Paucas tantum scribendas habeo). — Quam multas epistolas scribendas habet vicinus noster vetus? — Scribendas habet tam multas (tot) quot tu (habes). — Cui sunt epistolæ longæ scribendæ? — Scribendæ sunt aliquot adolescentulo. — Quot litteræ ei adhuc scribendæ sunt? — Scribendæ sunt ei adhuc sex. — Quot ei mittendæ sunt? — Mittendæ sunt ei viginti. — Num mittendas habet tot epistolas quot pater ejus? — Pauciores mittendas habet (Mittendæ sunt ei pauciores). — Mittendine sunt opifici pileorum adhuc aliquot pilei? — Non sunt ei amplius mittendi. — Audetne filius tuus epistolam unam longam scribere? — Audet vero unam scribere. — Vultne scribere tot epistolas quot meus? — Vult vero scribere totidem. — Visne tot currus quot equos emere? — Plus horum quam illorum emere volo.

## 50. DICTATA QUINGUESIMA.

Potesne (Scisne) mihi panem secare? — Possum (Scio) tibi aliquantum secare. — Habesne cultrum ad secandum mihi aliquantulum (qui *or* quo mihi aliquantulum secas)? — Non habeo. — Potesne digitabula tua lavare? — Possum quidem ea lavare, sed facere hoc non cupio. — Potestne (Scitne) sartor

togam mihi facere? — Potest (Scit) tibi unam facere (conficere). — Visne ad medicum loqui? — Volo (ad eum loqui). — Cupitne filius tuus me videre, ut mecum (ad me) loquatur? — Te videre cupit (vult), ut tibi det thalerum. — Num me occidere (interficere) vult? — Non te occidere vult; te videre modo vult. — Cupitne amici nostri veteris filius (unum) bovem occidere (mactare)? — Immo duos occidere (mactare) cupit (vult). — Quantum pecuniæ (Quantam pecuniam) mittere mihi potes? — Ego tibi triginta thaleros mittere possum. — Visne mihi mittere epistolam meam? — Volo tibi eam mittere. — Visne mittere aliquid sutori? — Vero, ei caligas meas mittere volo. — Num vis ei togas tuas mittere? — Immo vero eas ad sartorem meum mittere volo. — Potestne mihi sartor togam meam mittere? — Mittere eam non potest. — Possuntne (Sciuntne) liberi tui scribere epistolas? — Sciunt (nonnullas scribere).

### 51. DICTATA UNA ET QUINQUAGESIMA.

Estne tibi scyphus ad vinum bibendum? — Est mihi unus, vino autem careo; non habeo nisi aquam. — Visne mihi dare pecuniam, ut (aliquantum) emam? — Dare tibi non nolo (Volo tibi dare), sed non habeo nisi paucillum (paulum tantum habeo). — Visne mihi dare quod habeas? — Volo tibi dare. — Potesne bibere tantum vini quantum aquæ? — Tantum ex uno quantum ex alterâ bibere possum. — Estne vicino nostro lignum ad ignem accendendum (qui *or* quo ignem accendat)? — Habet quidem nonnullum ad unum accendendum, caret autem pecuniâ ad emendum panem et carnem (qui *or* quâ panem et carnem emat). — Visne ei aliquantum commodare? — Volo ei commodare (Commodare ei non nolo). — Cupisne ad Germanum loqui? — Cupio (volo) ad eum loqui. — Ubi est? — Apud filium centurionis est. — Cupitne (Vultne) Germanus ad me (mecum) loqui? — Cupit vero ad te (tecum) loqui. — Utrum cum meo fratre loqui vult an cum tuo? — Cum utroque loqui vult. — Possuntne sartoris nostri liberi laborare (opus facere)? — Possunt laborare, sed nolunt.

### 52. DICTATA ALTERA ET QUINQUAGESIMA.

Habetne faber tignarius pecuniam ad malleum emendum (qui *or* quâ malleum emat)? — Habet nonnullam ad unum

emendum (qui *or* quā unum emat). — Estne navarcho pecunia, qui (*or* quā) navem emat? — Est ei, qui (*or* quā) unam emat. — Habetne rusticus pecuniam ad oves emendas? — Non habet ad (quasquam) emendas (Non habet, quā emat). — Estne tibi otium ad patrem meum videndum? — Non est mihi otium ad eum videndum. — Vultne (Cupitne) pater tuus me videre? — Non te videre vult. — Habetne famulas scopas ad domum everrendam? — Habet vero unas ad eam everrendam. — Vultne eam everrere? — Vult eam everrere. — Estne mihi (Num mihi est) sat salis ad carnem meam salientiam (qui *or* quo carnem meam saliam)? — Non est tibi satis ad eam salientiam. — Num amicus tuus domum meam venire vult, ut me videat? — Non vult nec domum tuam venire nec te videre. — Cupidusne est vicinus noster equi sui occidendi? — Non est cupidus ejus occidendi. — Num tu amicos tuos interficere vis? — Immo inimicos meos modo interficere volo. — Visne cum liberis (ad liberos) sutoris tui loqui? — Volo cum iis (ad eos) loqui. — Quid iis dare vis? — Ego iis placentas magnas (panificia magna) dare volo. — Visne (Num vis) iis aliquid commodare? — Non habeo, quod iis commodem. — Habetne coquus adhuc salem ad carnem salientiam? — Habet adhuc aliquantulum. — Reliquumne est ei aliquid oryzæ? — Est ei permultum reliquum. — Vultne mihi dare aliquantulum? — Vult vero tibi dare aliquantulum. — Ecquid liberis meis egenis dare vult? — Vult iis nonnullum dare. — Utrum occidere vult gallinam hanc an illam? — Neutram occidere vult. — Utrum occidere vult bovem hunc an illum? — Ambos (utrumque) occidere vult. — Quis nobis buccellata mittere vult? — Pistor vobis aliqua mittere vult. — Ecquid habes boni (Estne tibi aliquid boni), quod mihi des? — Nihil boni habeo (Non est mihi quidquam boni), quod tibi dem.

### 53. DICTATA QUINQUAGESIMA TERTIA.

Visne amico tuo (ad amicum tuum) respondere (rescribere)? — Volo ei (ad eum) rescribere. — Sed cui tu vis rescribere? — Ego patri meo bono rescribere volo. — Nonne vis amicis tuis bonis rescribere? — Volo iis rescribere. — Quis mihi rescribere vult? — Rescribere tibi (ad te) vult Russus, sed non potest. — Vultne Russus epistolam ad me scribere? — Vult unam ad te scribere. — Possuntne Hispani ad nos rescribere? — Rescribere ad nos non possunt, sed nos ad eos

rescribere possumus. — Quid Anglo faciendum est? — Rescribendum est ei ad epistolam (ad litteras). — Cui epistolæ (Ad quam epistolam) est ei rescribendum? — Rescribendum est ei ad epistolam Francogalli boni. — Estne mihi rescribendum ad epistolam aliquam? — Rescribendum tibi est non ad epistolam, sed ad schedulam. — Cui schedulæ (Ad quam schedulam) mihi rescribendum est? — Rescribendum tibi est ad illam centurionis magni. — Rescribendumne est nobis ad epistolas mercatorum? — Est nobis ad eas rescribendum. — Visne sartoris tui schedulæ rescribere? — Volo ei (ad eam) rescribere. — Ecquis (Numquis) epistolæ meæ magnæ rescribere vult? — Nemo ei (ad eam) rescribere vult. — Utrum pater rescribere tuus vult ad hanc schedulam an ad illam? — Non rescribere vult neque ad hanc neque ad illam. — Quibus schedulis respondere vult? — Respondere vult solum illis amicorum suorum bonorum. — Vultne ad litteras meas (or epistolæ meæ) respondere (rescribere)? — Vult vero ad eas respondere. — Vultne pater tuus aliquo ire? — Nusquam ire vult (Non vult ire usquam). — Ubi est frater tuus? — In hortis amici nostri est. — Ubinam est Anglus? — In hortulo suo est. — Quonam vos ire cupitis (vultis)? — In Francogallorum hortos inire cupimus (volumus). — Ubi est filius tuus? — In conclavi suo est. — Vultne in horreum inire? — Vult (in id) inire. — Visne (in) theatrum magnum inire? — Nolo ego inire, sed filius meus cupidus est ineundi. — Ubi est Hibernus? — In theatro est. — Estne Americanus in silva? — Inest.

#### 54. DICTATA QUINQUAGESIMA QUARTA.

Visne venire ad me, ut in silvam ineamus? — Non est mihi voluntas in silvam ineundi. — Quod (in) theatrum inire vis? — (In) theatrum magnum inire volo. — Utrum inire vis hortos meos an illos Batavi? — Non cupio inire neque tuos neque illos Batavi; ego Francogallorum hortulos inire volo. — Num in illos Germanorum inire vis? — Nolo eo inire. — Suntne Americanis magna mercium receptacula? — Sunt iis nonnulla. — Suntne Anglis penora \* magna? — Sunt iis nonnulla. — Habentne Germani tot receptacula mercium quot penora? — Tot horum quot illorum habent. — Visne penora nostra magna videre? — Volo vero in receptacula tua mer-

\* See Grammar, page 84, 4.

cium inire, ut ea videam (Volo vero videndi causā in, &c.). — Estne vobis multum fœni in cellis vestris penariis? — Est nobis ejus permultum, sed non est nobis satis frumenti. — Vultisne aliquid (aliquantum) emere? — Volumus vero nonnullum emere. — Estne nobis tantum frumenti, quantum vini in cellis nostris penariis? — Est nobis tantum ex altero quantum ex altero. — Tenentne Angli tantum panni quantum chartæ in mercium suis receptaculis? — Immo plus alterius (de altero) quam alterius (de alterā) tenent. — Estne patri tuo otium ad scribendum epistolam ad me? — Cupit quidem unam ad te scribere, sed otio caret hodie. — Quando vult ad illam fratris mei respondere? — Respondere vult ad eam cras (crastino tempore). — Visne domum meam venire, ut magna mea mercium receptacula videas? — Non possum hodie domum tuam venire; epistolæ mihi scribendæ sunt. — Ubi est culter? — Sub mensā est. — Estne amicus tuus intus? — Est (intus). — Intro it. — Cupisne foras ire (Visne exire domo)? — Immo vero intro ire cupio. — Estne pictor foris? — Non est foris.

#### 55. DICTATA QUINQUAGESIMA QUINTA.

Ubi est noster amicus? — In foro est. — Ubi est frater meus? — Ruri est. — Visne rus ire? — Nolo eo irē. — Quo (quorsum) ire cupis? — Ad forum ire cupio. — Estne frater tuus domi? — Non; saltationi interest (adest). — Quo ire vult filius tuus? — Ad (in) locum publicum ire vult. — Itne Anglus rus, ut agros videat? — Rus non it, ut agros videat, sed ut silvas, aves, aquam videat, et (ut) theam bibat. — Ubi est filius rustici? — In agris est frumentum secans (frumenti secandi causā). — Num filius equitis (hominis nobilis) aliquo ire vult? — Non usquam ire vult; fessus est. — Quo ferre (portare) vult frumentum quæsitōris filius? — Ferre vult aliquantum in cellam penariam fratris tui. — Vultne eo portare vinum et carnem? — Utrumque eo portare vult.

#### 56. DICTATA QUINQUAGESIMA SEXTA.

Estne tibi otium ad standum juxta fenestram? — Non est mihi otium ad standum juxta fenestram. — Estne frater tuus domi? — Non est (domi). — Ubi est? — Ruri (est). — Num quid est ei ruri faciendum? — Nihil ei quidquam ibi faciendum



est. — Quo ire vis? — In theatrum ire volo. — Estne Turca in theatro? — Inest. — Quis in hortis est? — Liberi Anglorum et illi Germanorum ibi sunt. — Ubi vult pater tuus tecum loqui? — In cubiculo (conclavi) suo tecum loqui vult. — Quocum (Ad quem) loqui vult frater tuus? — Cum Hiberno (Ad Hibernum) loqui vult. — Non ad Scotum loqui vult? — Vero, ad eum loqui vult. — Ubi ad eum (cum eo) loqui vult? — Loqui vult ad eum (cum eo) in theatro. — Cupitne Italus cum aliquo loqui? — Cupit (Vult) vero loqui cum medico. — Ubi ad eum loqui vult? — Loqui vult ad eum inter saltandum (in saltatione). — Potesne mihi mittere pecuniam? — Possum tibi mittere nonnullum. — Quantam pecuniam mittere mihi potes? — Mittere tibi possum triginta duo thaleros. — Quando mihi pecuniam illam mittere vis? — Volo tibi eam hodie mittere. — Visne mihi eam mittere rus? — Volo tibi eam illo mittere. — Visne famulum tuum in forum mittere? — Volo eum illo mittere. — Emendumne est tibi aliquid in foro? — Emenda\* sunt mihi bonus pannus, bonæ caligæ et boni calcei.

## 57. DICTATA QUINQUAGESIMA SEPTIMA.

Quid facere vult lanus ruri? — Boves ibi et verveces emere vult, ut eos occidat (*or, better*, quos occidat). — Visne gallinam emere, ut eam (*or quam*) occidas? — Volo unam emere, sed occidere eam non audeo. — Num nauta aliquem interficere vult? — Neminem interficere vult. — Cupisne epistolas meas comburere? — Facere non audeo. — Utrum quærere vult famulus cultrum meum an chartam meam? — Utrumque quærere vult. — Quem cultrum cupis (*vis*)? — Cultrum meum magnum cupio (*volo*). — Quos boves lanus occidere vult? — Occidere vult boves magnos (*grandes*). — Qualem penum (*Quid peni*) emere vult mercator? — Bonum penum emere vult (*Emere vult penum bonum*). — Ubi (*eum*) emere vult? — (*Emere vult eum*) in foro. — Ad quem (*eum*) mittere vult? — Mittere vult (*eum*) ad inimicos nostros. — Visne mihi mittere uno plus librorum? — Volo tibi mittere aliquot amplius. — Potesne bibere tantum vini quantum vicinus tuus (*bibere potest*)? — Tantum bibere possum; amicus autem noster Russus plus quam uterque nostrum bibere (*portare*) potest.

\* See Grammar, page 99, B. 3.

— Potestne Russus bibere tantum hujus vini quantum illius?  
 — Tantum de uno, quantum de altero bibere potest. — Habesne aliquid boni ad bibendum? — Nihil boni ad bibendum habeo.

#### 58. DICTATA DUODESEXAGESIMA.

Potestne amicus Hispani penum portare? — Potest vero nonnullum portare. — Quo penum portare vult? — Portare vult (nonnullum) ad cellas penarias nostras. — Visne emere penum, ut eum (*or, better, quem*) in cellas penarias nostras portes? — Immo nonnullum emere volo, ut eum (*or quem*) rus portem. — Visne ad fenestram ire, ut adolescentem videas? — Non est (Deest) mihi otium ad eundem (ad fenestram). — Estne tibi aliquid faciendum? — Scribenda est mihi epistola. — Ad quem scribenda tibi est epistola? — Scribenda mihi una est ad amicum meum. — Visne litteras ad quæsitorem mittere? — Volo ad eum mittere. — Quid ad eum scribere vis? — Ego ad litteras ejus respondere volo. — Potesne scribere tot epistolas, quot ego? — Ego plus (plures), quam tu, scribere possum. — Potesne dare litteras ad amicos tuos absentes? — Possum litteras ad eos dare. — Estne tibi charta ad scribendum? — Est. — Potestne quæsitore litteras mittere ad aliquem? — Litteras mittere (dare) potest ad neminem.

#### 59. DICTATA UNDESEXAGESIMA.

Amarisne (Diligerisne) a patre tuo? — Amor (Diligor) ab eo. — Amaturne ab eo frater tuus? — Amatur (Diligitur) ab eo. — A quo ego amor (diligor)? — Amaris (diligeris) a parentibus tuis. — Amaturne (Diligimurne)? — Amamini (Diligimini). — A quo amamur (diligimur)? — Amamini (Diligimini) ab amicis vestris. — Amaturne (Diligunturne) hi homines? — Amantur (Diliguntur) a nobis et ab amicis suis bonis. — A quo ducitur cæcus? — (Ducitur) a me. — Quo (Quorsum) eum ducis? — Ducor eum domum. — A quo nos vituperamur (reprehendimur)? — Vituperamur (Reprehendimur) ab inimicis nostris. — Quam ob rem ab iis vituperamur? — Quia (Quod) nos non amant. — Afficimurne pœnâ (*or Punimur*) a magistro vestro? — Nos pœnâ non afficimur (non punimur), quia seduli et boni sumus. — Audimurne? — Audimur. — A quo audimur? — Audimur a vicinis nostris.

— Auditurne magister ab alumnis (a discipulis) suis? — Auditur ab iis. — Qui liberi laudantur? — Ii, qui boni (bene morati) sunt. — Qui poenā afficiuntur? — Illi, qui ignavi (segnes) et mali (malis moribus) sunt. — Utrum vos laudamini an vituperamini? — Nos nec laudamur nec vituperamur (reprehendimur). — Amaturne amicus noster a magistris suis? — Vero, et amatur et laudatur ab iis, quia assiduus beneque moratus est; sed frater ejus a suis despicatui habetur (*or* contemnitur), quia nequam et ignavus est. — Scribiturne epistola? — Scribitur. — A quo scribuntur libri illi? — Scribuntur ab amicis nostris. — Ad quem (*or* cui) mensa mittitur? — Mittitur ad vicinum nostrum. — Quo mittuntur cultri (illi)? — Domum nostram mittuntur. — Mitterisne aliquo? — Nusquam mittor. — Num indusia nostra ab aliquo lavantur? — Non lavantur ab ullo (A nemine lavantur). — Fitne frater tuus sedulus? — Non fit. — Calefitne coffea nostra? — Calefit. — A quo reparantur (reficiuntur) togæ nostræ? — Reparantur a sartore. — Num equi nostri ab aliquo emuntur? — A nemine emuntur. — A quo bibitur vinum? — Bibitur ab amicis nostris. — Legiturne liber a quoquam? — Non legitur ab ullo (A nemine *or* nullo legitur). — A quo leguntur libri boni? — Leguntur a sapientibus doctisque. — Quā re delectaris? — Ego libris meis novis delector. — Quomodo hostes (inimici) nostri occiduntur (interficiuntur)? — Interficiuntur gladio.

## 60. DICTATA SEXAGESIMA.

Visne apportare (afferre) saccharum? — Volo nonnullum apportare (afferre). — Mi fili, visne aquam apportare? — Etiam, mi pater, apportare volo (non nolo). — Quo tu ire vis? — Ad puteum ire cupio (volo), ut aquam apportem (afferam). — Ubi est frater meus? — Apud (ad) puteum est. — Visne filium meum arcessi jubere? — Volo eum arcessi jubere. — Vultne centurio puerum meum adduci jubere? — Vult vero eum adduci jubere. — Ubi est? — In angulo navis est. — Potesne litteras ad me dare? — Possum unas ad te dare. — Oportetne me aliquo ire? — Oportet te in hortos ire (Oportet in eas in hortulum). — Oportetne ego jubeam aliquid afferri? — Oportet vero jubeas afferri bonum vinum, bonum caseum et bonum panem. — Quid ego faciam oportet (Quid me facere oportet, *or* Quid mihi faciendum est)? — Oportet scribas (Te oportet scribere) epistolam unam longam.

— Ad quem me oportet epistolam longam scribere? — Scribas oportet unam ad amicum tuum. — Estne puerculus tuus diligens? — Est vero et modestus et diligens (non minus diligens quam modestus). — Num hi pueri inepti et segnes sunt? — Non sunt neque inepti neque segnes. — Quis appellaris? — Ego doctus et sapiens appellor. — Fiuntne illi docti? — Fiunt. — Evaditne orator? — Evadit. — Manentne boni? — Non manent. — Incedone ego imperator? — Incedis. — Num illi habentur formosi? — Immo vero deformes habentur (existimantur). — Cupiuntne fieri clementes? — Cupiunt clementes fieri. — Licetne mihi esse beato (beatum)? — Licet. — Videmur nos justii esse? — Non videmini.

### 61. DICTATA UNA ET SEXAGESIMA.

Quid nos faciamus (*or* facere) oportet (Quid nobis faciendum est)? — Oportet vos eatis (*or* ire) in silvas ligni secandi causā (*or* ut lignum secetis). — Quid Anglum facere oportet (Quid Anglus faciat oportet)? — Habetne Hispanus aliquid faciendum? — Laborandum est ei. — Ubi laborare potest? — Laborare potest in conclavi suo et in meo. — Quando mihi dare vis pecuniam? — Dare tibi volo hodie vesperi. — Oportetne me domum tuam venire? — Oportet (te domum meam venire). — Quando (Quo tempore) me domum tuam venire oportet? — Hodie mane. — Utrum domum tuam veniam oportet mane an vesperi? — Et mane et vesperi venias oportet (Necesse tibi est venire et mane et vesperi). — Quo ego eam necesse est? — Necesse est eas in campum magnum, ut cum mercatoribus (ad mercatores) loquare. — Quo ire rustico necesse est? — In agros ire ei necesse est, ut fœnum secet. — Necessene est mihi tibi aliquid servare? — Necesse est serves mihi aurum meum bonum et opera mea bona. — Oportetne liberos amicorum nostrorum facere aliquid? — Oportet eos (Necesse est iis) laborare mane et vesperi. — Quid tibi sartor reficiat oportet? — Reficiat oportet mihi togam meam veterem (Necesse est ei togam meam veterem reficere). — Quam gallinam coquus occidat oportet? — Occidat et hanc et illam oportet (necesse est). — Utrum tibi mittam oportet libros hos an illos? — Oportet mihi mittas et hos et illos. — Habesne aliquid ad bibendum (Habesne quod bibas)? — Nihil ad bibendum habeo (Non habeo quod bibam). — Quid ad bibendum habent? — Nihil ad bibendum habent nisi aquam. — Quo

te ire oportet? — Me in hortos inire oportet. — Necessene est iis scribere? — Non necesse est. — Oportetne nos loqui (*or loquamur*)? — Oportet. — Oportetne me jubere (ego jubeam) aquam afferri? — Oportet jubeas (aliquantulum) afferri (apportari). — Cui necesse est librum apportari jubere? — Necesse est fratri nostro eum apportari jubere. — Jubentne me arcessi (adduci)? — Non jubent (te arcessi).

## 62. DICTATA ALTERA ET SEXAGESIMA.

Loquunturne Latine (Num illi Latine loquuntur)? — Loqui non possunt. — Nosne loquimur? — Non loquimur. — Cui blandimini? — Nulli (Nemini) blandimur. — Hortanturne aliquem (Ecquem hortantur)? — Hortantur vero amicos suos. — Hortanturne te, ut ad eos venias? — Me non hortantur, ut ad eos veniam, sed ut litteras ad eos mittam. — Vererisne aliquid (Numquid vereris)? — Nihil vereor. — Verentur, ne interficiantur? — Non verentur. — Quo usque ire vis? — Ire volo usque ad extremam silvam. — Quo usque frater tuus ire vult? — Ire vult usque ad terminum illius viæ. — Quo usque extenditur vinum? — Extenditur usque ad fundum dolii (usque ad imum dolium). — Quo usque extenditur aqua? — Extenditur usque ad ima putei (imo tenus puteo). — Quorsum is? — Ad forum eo. — Quo imus nos? — Rus imus. — Isne usque ad locum publicum? — Immo ego usque ad fontem eo. — Quo tempore ad forum it coquus tuus? — Eo it quotidie mane (quot diebus mane). — Potesne ad equitem loqui? — Possum vero quotidie ad eum loqui. — Possumne patrem tuum videre? — Potes eum videre quotidie vesperi (nullo non vespere). — Quotâ horâ ego videre eum possum? — Videre eum potes quotidie vespere horâ octavâ. — Visne hodie ad me venire? — Venire ad te hodie non possum, verum cras. — Quotâ horâ cras venire vis? — Venire volo mediâ horâ post octavam. — Non venire potes quadrante horæ post octavam? — Non possum. — Quotâ horâ it filius tuus ad centurionem? — Ad eum it quadrante horæ ante primam. — Quotâ horâ domi est amicus tuus? — Mediâ nocte.

## 63. DICTATA SEXAGESIMA TERTIA.

Cupidusne es in publicum prodeundi? — Non sum (cupidus in publicum prodeundi). — Quo tempore domo exire (in

publicum prodire) vis? — Exire volo mediā horā post tertiam. — Vultne pater tuus in publicum prodire? — Non vult in publicum prodire; domi se tenere vult. — Visne hic manere (morari), amice mi carissime? — Manere hic non possum; in mercium receptaculum ire me oportet (Necesse est mihi in mercium receptaculum ire). — Necessene est tibi ire ad fratrem tuum? — Est mihi necesse ad eum ire. — Quotā horā epistolæ tuæ tibi scribendæ sunt? — Scribendæ sunt mihi mediā nocte (Necesse est scribam eas mediā nocte). — Utrum ad fratrem tuum is vesperi an mane? — Eo ad eum et vesperi et mane (mane non minus quam vesperi). — Quo is hoc tempore? — In theatrum (ad spectaculum) eo. — Quo is hodie vesperi? — Nusquam eo; necesse est maneam domi, ut epistolas scribam. — Suntne fratres tui domi (Num fratres tui domi sunt)? — Non sunt (ibi). — Ubi sunt? — Ruri sunt. — Quo eunt amici tui? — Domum eunt. — Suntne sartori tuo tot liberi quot sutori tuo (sunt)? — Sunt illi totidem. — Habentne sutoris tui filii tot caligas quot pater eorum (habet)? — Immo plures, quam ille, habent. — Habentne liberi opificis nostri pileorum tantum panis quantum vini? — Plus alterius (de uno) quam alterius (de altero) habent. — Habetne noster faber tignarius filium unum reliquum? — Immo plures eorum reliquos habet. — Sitiuntne Itali? — Vero, et esuriunt et sitiunt. — Habentne aliquid faciendum? — Nihil faciendum habent. — Utrum Hibernorum filii (liberi) esuriunt an sitiunt? — Neque esuriunt neque sitiunt, sed fessi sunt.

#### 64. DICTATA SEXAGESIMA QUARTA.

Estne tibi otium ad prodeundum in publicum? — Non est mihi otium ad prodeundum. — Quid tibi domi faciendum est? — Necesse est scribam epistolas ad amicos meos. — Estne tibi cubiculum tuum everrendum (scopis purgandum)? — Est mihi everrendum. — Estne tibi necesse fratribus tuis pecuniam commodare (Commodandane tibi est pecunia fratribus tuis)? — Necesse est commodem iis aliquantulum. — Estne tibi in hortos eundum? — Eundum et mihi eo. — Quotā horā tibi eo eundum est? — Eundum mihi est eo quadrante horæ post duodecimam. — Eundumne est tibi ad fratrem meum horā undecimā noctis? — Immo vero eundum est mihi ad eum mediā nocte. — Ubi sunt fratres quæstoris nostri? — In silvā magnā sunt, ut arbores magnas secent (arbores magnas secan-

tes). — Habentne pecuniam, qui (*or* quā) panem vinumque emant? — Habent. — Oportetne Francogallorum liberos ad Anglorum liberos ire? — Oportet. — Visne vinum et scyphos afferri jubere? — Licetne Turcæ apud Russum manere? — Licet illi apud eum (hunc) manere. — Non est illi nefas apud hunc manere. — Visne mihi dare pecuniam, ut panem opportem? — Volo tibi dare, ut panem et cerevisiam apportes. — Ecquid liberi tui quotidie in publicum prodeunt? — Prodeunt vero quotidie mane (quot diebus mane). — Quando (Quo tempore) tu in publicum prodis? — In publicum prodeco quot diebus mane. — Quotā horā in publicum prodit frater tuus? — Prodit horā nonā. — Quo usque ire cupit? — Usque Romam (ire cupit). — Quo usque in aquam inire audet? — Pectoris tenuis inire audet.

#### 65. DICTATA SEXAGESIMA QUINTA.

Visne (vin') mihi officium præstare (mihi gratum facere)? — Etiam, domine; quā re? — Vin' fratri tuo mandare, ut mihi equum suum vendat? — Volo ei mandare, ut tibi eum vendat. — Vin' jubere ministros meos cubicula mea magna scopis purgare? — Volo eos jubere (ea) purgare (everrere). — Visne filium tuum jubere ad patrem meum venire? — Volo eum (ad eum) venire jubere. — Cupisne mihi aliquid dicere (Habesne quod mihi dicas)? — Non habeo quod tibi dicam. — Habesne quod patri meo dicas? — Habeo vero verbum, quod ei dicam (paucā quæ ei dicam). — Num fratres tui currum suum vendere volunt? — Vendere non volunt. — Johannes! adesne? — Etiam, domine, adsum (hic sum). — Vin' tu ad opificem meum pileorum ire, ut jubeas eum pileum meum reficere? — Volo ad eum ire. — Visne ad sartorem ire, ut ei mandes, ut togas meas repararet (reficiat)? — Volo ad eum ire. — Visne in forum ire? — Volo eo ire (Ire eo non nolo). — Quid mercator habet ad vendendum? — Ad vendendum habet digitabula scortea pulchra, pectines, et bonum pannum. — Habetne aliqua indusia ad vendendum? — Habet nonnulla ad vendendum (quæ vendat). — Cupitne mihi equos suos vendere? — Cupit tibi eos vendere. — Quis tragœdiam Thyestem legere scit (potest)? — Ego quidem eam legere non possum (*or* non scio, *or* nescio), sed frater meus cupidus est ejus legendi. — Quis librum meum legit? — Discipulus tuus, frater meus, eum legit. — Quis mihi cultrum vendere cupit (vult)? — Ejus ami-

cus, pistor tibi unum vendere vult. — Indigesne tu alicujus (Eccujus indiges)? — Vero; patris tui, mercatoris, indigeo. — Quem laudant (homines)? — Inimicum nostrum, pictorem, laudant.

## 66. DICTATA SEXAGESIMA SEXTA.

Qua re eges (indiges)? — Bono pileo egeo. — Egesne hoc cultro? — Egeo. — Estne tibi opus pecuniā? — Opus est. — Num fratri tuo opus est piper (pipere)? — Non opus est. — An ei opus sunt caligæ? — Non opus sunt. — Quid fratri tuo opus est? — Non est ei opus quidquam (Nihil opus est). — Cui opus est saccharum (saccharo)? — Nemini eo opus est. — Numquid patri tuo opus est? — Nihil ei opus est. — Quid mihi opus est? — Opus est tibi nihil. — Indigesne tu libro meo? — Vero, eo indigeo. — Indigetne eo pater tuus? — Non indiget. — Estne amico tuo opus hoc baculo (hocce baculum)? — Est ei opus. — Utrum ei opus sunt hi emboli an illi? — Non opus sunt ei neque hi neque illi. — Indigesne tu mei? — Tui indigeo. — Quando ego tibi opus sum? — Nunc. — Quid mihi dicere vis (Quid habes quod mihi dicas)? — Volo tibi dicere quiddam novum (aliquid novi). — Quid tibi vis? — Cupio ad te (tecum) loqui. — Indigetne filius tuus nostri? — Indiget vero et tui et fratrum tuorum. — Indigesne famulorum meorum? — Eorum indigeo. — Numquis fratris mei indiget? — Nemo ejus indiget.

## 67. DICTATA SEXAGESIMA SEPTIMA.

Estne serum? — Non serum est. — Quota hora est? — Quadrans horæ post decimam est. — Quā horā pater tuus in publicum prodire vult? — Prodire vult dodrante horæ post octavam (quadrante horæ ante nonam). — Utrum vendere vult equum hunc an illum? — Neutrum vendere vult. — Utrum emere vult togam hanc an illam? — Utramque emere vult. — Habetne uno plus equorum ad vendendum? — Habet vero uno plus, sed vendere eum non cupit (non vult). — Habetne uno plus curruum (pilentorum) ad vendendum? — Non habet uno plus curruum ad vendendum; ad vendendum autem habet aliquot amplius boum. — Quando eos vendere vult? — Vendere vult eos hodie. — Utrum eos vendere vult mane



an vesperi? — Vendere vult eos hodie vesperi. — Quotā horā? — Dimidiā (or mediā) horā post quintam. — Potesne ire ad pistorem? — Non possum ad eum ire; sero est. — Quam serum est? — Media nox est. — Cupisne videre hominem illum? — Cupio eum videre, ut eum cognoscam. — Cupitne pater tuus fratres meos videre? — Cupit eos videre, ut eos cognoscat. — Vultne equum meum videre? — Vult eum videre. — Quotā horā eum videre vult? — Videre vult eum horā sextā. — Ubi eum videre vult? — Videre vult eum in loco publico (in campo). — Habetne Germanus multum frumenti ad vendendum? — Non habet ad vendendum nisi paucillum. — Quales cultros ad vendendum habet mercator? — Bonos cultros ad vendendum habet. — Quot cultri ei reliqui sunt? — Reliqui sunt ei sex. — Habetne Hibernus multum vini reliquum? — Non multum reliquum habet. — Estne tibi satis vini ad bibendum? — Non est mihi permultum, sed tamen satis. — Potesne multum vini bibere? — Multum bibere possum. — Potesne bibere singulis diebus (quotidie)? — Bibere possum quotidie et mane et vesperi. — Potesne frater tuus tantum bibere quantum tu? — Plus, quam ego, bibere potest.

#### 68. DICTATA DUODESEPTUAGESIMA.

Ubi est pater tuus? — Domi est. — Non exit domo? — Domo exire non potest; capitis doloribus laborat. — Doletne tibi caput (Laborasne capitis doloribus)? — Ego non capitis, sed aurium doloribus laboro. — Quotus dies mensis hodiernus est? — Decimus est hodiernus. — Quotus dies mensis cras (crastinus) est? — Crastinus (Cras) est tertius decimus. — Quales tibi dentes sunt? — Sunt mihi dentes boni. — Quales fratri tuo dentes sunt? — Sunt ei dentes nequam. — Dolentne Anglo dentes? — Non dolent ei dentes (Non afficitur dentium doloribus); sed altero oculo ægrotat. — Ecquid Italus altero oculo ægrotat? — Non altero oculo, verum altero pede ægrotat. — Egone digito laboro (Doletne mihi digitus)? — Non digito, sed genu laboras. — Visne mihi aliquantulum panis secare? — Secare tibi non possum; dolent mihi digiti. — Vultne mihi aliquis caseum secare (Numquis mihi caseum secare vult)? — Nemo tibi secare vult. — Num quem quæris (Quærisne aliquem)? — Neminem quæro. — Num quis aurium dolore afficitur? — Nemo aurium dolore afficitur. — Quid quærit pictor? — Nihil quærit. — Quem quæris? — Filium tuum quæro. —

Quis me quærit? — Nemo te quærit. — Reperisne, quod quæris? — Ego vero, quod quæro, reperio; sed navarchus (centurio) non reperit, quod quærit.

## 69. DICTATA UNDESEPTUAGESIMA.

Quis faucium doloribus afficitur? — Nos faucium doloribus afficimur. — Ægrotatne aliquis oculis? — Germani oculis ægrotant (oculorum infirmitate laborant). — Facitne mihi sartor togam? — Non facit (conficit); notalgia afficitur. — Conficitne sutor caligas meas? — (Eas) non conficit; cubitis ægrotat. — Affertne nobis mercator marsupia pulchra? — Domo exire non potest; ægrotat pedibus. — Reperitne Hispanus umbraculum, quod quærit? — Reperit. — Reperiuntne (Inveniuntne) lanii, quas quærent, oves? — Reperiunt (Inveniunt). — Invenitne sartor suum digiti munimentum? — Non invenit. — Reperisne, quam quæris, chartam? — Non reperio. — Reperimusne quod quærimus (Nosne reperimus quod quærimus)? — Non reperimus quod quærimus. — Quid facit (agit) eques (homo nobilis)? — Facit quod tu facis (Idem facit *or* agit tecum). — Quid in cubiculo suo agit? — Legit. — Quot linguas scit frater tuus (Quot linguarum sciens est frater tuus)? — Unam solam scit (Unius tantum sciens est). — Reperiuntne quod quærent? — Non reperiunt. — Laboratne magister noster oculorum infirmitate? — Laborat. — Afficerisne notalgia (Numquid notalgia afficeris)? — Non afficior.

## 70. DICTATA SEPTUAGESIMA.

Legisne? — Ego non lego. — Dantne operam litteris equitis filii? — Dant operam. — Cui rei operam dant? — Operam dant linguæ Germanicæ. — Studesne linguæ Anglicæ? — Non est mihi tempus ad ei studendum. — Quærentne Batavi hanc navem an illam? — Utramque (ambas) quærent. — Utrum famulus scopas quærit (conquirat) has an illas? — Non quærit neque has neque illas. — Quis linguam Germanicam discit? — Centurionum et equitum filii eam discunt. — Quo tempore linguæ Francogallicæ studet amicus tuus? — Studet ei (quotidie) mane. — Quotâ horâ ei studet? — Horâ decimâ studet. — Studetne ei singulis diebus (quotidie)? — Studet ei quot diebus mane et vesperi. — Quid agunt liberi fabri tignarii? —

*Legunt.* — *Leguntne Germanice?* — Immo vero Francogallice legunt; nos autem Anglice legunt. — *Quid legit filius tuus?* — Libros Francogallicos legit. — *Quem tu librum legis?* — Ego librum Germanicum lego. — *Legisne tu tantum, quam (quantum) ego?* — Plus (plura) lego, quam tu. — *Legitne pater tuus eundem librum, quem ego lego?* — Non legit eum (illum), quem tu legis, sed eum (hunc), quem ego lego. — *Legitne tantum, quantum ego?* — Minus legit, sed plus discit, quam tu. — *Commodasne mihi librum?* — Commodo tibi unum. — *Commodantne tibi amici tui libros?* — Commodant mihi nonnullos.

## 71. DICTATA UNA ET SEPTUAGESIMA.

*Loquerisne Hispanice?* — Non vero, domine; Italice loquor. — *Quis Polonice loquitur?* — Frater meus Polonice loquitur. — *Ecquid vicini nostri Russice loquuntur?* — Non Russice, sed Arabice loquuntur. — *Loquerisne Arabice?* — Immo vero Græce et Latine loquor. — *Quem cultrum habes?* — Cultrum Anglicum habeo. — *Quam pecuniam istam habes?* — Estne pecunia Italica an Hispanica? — Immo pecunia Russica est. — *Estne tibi pileus Italicus?* — Immo mihi pileus Hispanicus est. — *Esne Germanus (Tunc Germanus es)?* — Non vero, ego Anglus sum. — *Num Græcus es?* — Non, Hispanus sum. — *Suntne hi homines Poloni?* — Immo vero Russi sunt. — *Num Russi Polonice loquuntur?* — Non Polonice, verum Latine, Græce et Arabice loquuntur. — *Estne frater tuus mercator?* — Immo vero faber scriniarius est. — *Numquid hi homines mercatores sunt?* — Non, fabri tignarii sunt. — *Sumusne nautæ?* — Non vero, sutores sumus. — *Esne stultus (Tunc stultus or fatuus es)?* — Non sum (stultus). — *Quid (Quis) est homo ille?* — Sartor est. — *Precarisne mihi aliquid?* — Jubeo te salvum esse (salvere) or Saluto te mane. — *Quid mihi juvenis precatur?* — Jubet te salvere (Salutat te vesperi). — *Quorsum me ire oportet?* — Oportet tu eas ad amicos nostros, ut eos salvere jubeas. — *Veniuntne liberi tui ad me, ut me vesperi salutent?* — Immo ad te veniunt, ut te salutent mane.

## 72. DICTATA ALTERA ET SEPTUAGESIMA.

Auditne (Observatne) homo id quod ei dicis (imperas)? — Audit (Observat). — Observatne liberi medici id quod nos iis imperamus? — Non observant (curant). — Audisne ea quæ frater tuus tibi dicit (imperat)? — Audio (Observo). — Isne in theatrum? — Tantum abest, ut in theatrum eam, ut in cellam penariam eam. — Visne mihi auscultare? — Auscultare tibi non nolo, sed non possum; auribus ægroto (aurium doloribus afficio). — Corrigitne pater tuus schedulas tuas an meas? — Corrigit neque tuas neque meas. — Quas schedulas corrigi (emendat)? — Corrigit (Emendat) eas, quas ipse scribit. — Observatne ea quæ ei imperas? — Observat. — Nudasne caput, ut ad patrem meum loquere? — Vero, caput nudo (pileum capiti detraho), ut ad eum loquar. — Auditne frater tuus id, quod pater noster ei imperet (imperat)? — Audit. — Affertne minister noster cerevisiam? — Immo vero acetum affert, quum cerevisiam afferre debeat. — Emendasne meam epistolam? — Non emendo; oculorum infirmitate laboro. — Detrahitne sibi famulus togam, ut ignem accendat? — Detrahit. — Detrahisne tibi digitabula, ut mihi des pecuniam? — Detraho (ea, ut tibi dem pecuniam). — Excalceatne ille pedes (Num calceos pedibus detrahit), ut domum tuam ineat? — Excalceat. — Quis mensas et sellas aufert (tollit)? — Ministri eas auferunt (tollunt). — Visne hunc scyphum auferre (tollere hunc scyphum)? — Non est mihi voluntas ejus tollendi. — Nefasne est ei caligas detrahare pedibus? — Immo ei licet (fas est) eas detrahare. — Tollisne aliquid (Num quid auferis)? — Nihil tollo (aufero). — Nudatne aliquis caput (Numquis pileum detrahit capiti)? — Nemo caput nudat (Nemo pileum detrahit).

## 73. DICTATA SEPTUAGESIMA TERTIA.

Ornatusne est eques oculis glaucis? — Immo atris oculis et parvulo ore ornatus est. — Præditusne es bonâ memoriâ (Valensne memoriâ)? — Ego memoriâ parum valeo, sed frater meus memoriâ singulari præditus est. — Potestne loco patris (in vicem patris) scribere? — Non potest. — Mittuntne panem salis vice? — Immo sal panis vice mittunt. — Visne meam vicem saltatum ire? — Tuam vicem ire non possum. — Quid

facis (agis), quum ludere debeas?— Operam do litteris, quum ludere debeam (potius quam ludo).— Discisne potius quam scribis?— Immo vero scribo potius quam disco.— Quid agit quæstoris nostri filius?— In hortos init, quum in agros ire debeat.— Leguntne liberi vicinorum nostrorum?— Immo scribunt potius quam legunt (quum legere debeant).— Quid facit (agit) noster coquus?— Accendit ignem, quum in forum ire debeat.— Venditne pater tuus bovem suum?— Equum suum potius quam bovem suum vendit.— Prodeuntne medici in publicum?— Immo in cubiculis suis manent potius quam prodeunt (quum in publicum prodire debeant).— Quotâ horâ ad te venit medicus noster?— Quotidie mane dodrante horæ post octavam (quadrante horæ ante nonam) venit.— Operamne dat pictoris filius litteris Anglicis (*or* linguæ Anglicæ)?— Immo litteris Græcis potius quam Anglicis operam dat.— Bovesne occidit lanius?— Immo vero oves occidit, quum boves occidere debeat.— Auscultasne mihi?— Vero, tibi ausculto.— Auscultatne mihi frater tuus?— Immo loquitur potius quam tibi auscultat (Non modo tibi non auscultat, sed etiam loquitur).— Audisne quæ tibi dico (*or* dicam)?— Audio (Observo) quæ mihi dicis (imperas).

#### 74. DICTATA SEPTUAGESIMA QUARTA.

Cogitasne operam dare linguæ Arabicæ?— Cogito vero operam dare linguæ Arabicæ et Syriacæ.— Scitne Anglus linguam Polonicam?— Non scit, sed eam discere cogitat.— Peritusne es nandi (Habesne scientiam nandi)?— Non sum peritus nandi, verum ludendi.— Scitne (Potestne) consobrinus tuus facere togas?— Facere non scit (nescit, non potest); sartor non est.— Estne mercator (Mercatorne est)?— Non est.— Quis (Quid) est?— Medicus est.— Quorsum is?— In hortos meos eo, ut cum hortulano loquar.— Quid ei dicere vis?— Imperare ei volo, ut fenestram cubiculi sui aperiat.— Auscultatne tibi (Datne tibi aures) hortulanus tuus?— Vero, mihi auscultat (Dat mihi aures).— Ecquid bibere vis vinum ex malis confectum?— Non, cupidus sum cerevisiæ bibendæ; habesne ejus aliquantulum?— Non habeo; sed afferri jubere volo.— Quando afferri jubere vis?— Nunc.— Jubesne afferri (apportari) mala?— Jubeo (nonnulla afferri).— Estne tibi multum aquæ?— Est mihi satis ad pedes meos lavandos.— Habetne frater tuus satis aquæ?— Non habet

nisi pauxillum, satis tamen ad muccinium suum humectandum. — Scisne tu theam conficere (Peritusne es theæ conficiendæ)? — Conficere non nescio (Peritus sum). — Observat consobrinus tuus quod (quæ) ei imperas (imperes)? — Observat. — Habetne scientiam nandi? — Non habet (scientiam nandi). — Quorsum it? — Nusquam it; domi se tenet.

### 75. DICTATA SEPTUAGESIMA QUINTA.

Isne arcessitum (or arcessere) patrem tuum? — Eo eum arcessitum (arcessere). — Licetne mihi consobrinum meum arcessitum ire? — Licet tibi eum arcessitum ire. — Reperitne famulus tuus, quem quærit, hominem? — Vero, eum reperit. — Ecquid filii tui, quos conquirunt, amicos reperiunt? — Non reperiunt (inveniunt). — Quo tempore (Quando) saltatum ire cogitas? — Cogito ire hodie vesperi. — Cogitantne consobriini tui ire rus? — Vero, eo ire cogitant. — Quando eo ire cogitant? — Cras (eo ire cogitant). — Quotâ horâ? — Mediâ horâ post octavâ. — Quid tibi vendere cupit mercator? — Vendere mihi cupit muccinia. — Cogitasne aliqua emere? — Nolo emere ulla. — Scisne tu aliquid (Numquid scis)? — Nihil quidquam scio. — Quid scit consobrinus tuus? — Legere et scribere scit (Peritus est legendi et scribendi). — Scitne linguam Germanicam? — Non scit (Nescit). — Scisne tu linguam Hispanicam? — Scio. — Sciuntne fratres tui linguam Græcam? — Non sciunt, sed discere eam cogitant. — An ego linguæ Anglicæ sciens sum? — Non scis, sed operam ei dare cogitas. — Possuntne liberi nostri legere Italice? — Legere quidem possunt, sed non loqui.

### 76. DICTATA SEPTUAGESIMA SEXTA.

Cupidusne es vini adusti bibendi? — Non, vinum bibere cupio. — Vendisne vinum adustum (Num tu vinum adustum vendis)? — Ego non vendo, sed vicinus meus mercator vendit. — Visne mihi apportare tabacum? — Volo tibi apportare; quod tabacum (quid tabaci) cupis? — Ego tabacum sternutatorium cupio, sed amicus meus Germanus tabacum fumarium cupit. — Ostenditne tibi mercator pannum? — Non ostendit. — Affertne famulus tuus vinum ex malis confectum? — Af-

*fert.* — Estne tibi opus aliquid amplius? — Opus est mihi farina; visne mihi aliquantum ejus apportari jubere? — Emitne amicus tuus mala? — Emit (nonnulla). — Emitne muccinia? — Tantum abest, ut muccinia emat, ut tabacum emat (Tabacum potius quam muccinia emit). — Ostendisne mihi aliquid? — Ostendo tibi vestes meas aureas et argenteas. — Quo it patruelis tuus? — Saltatum it. — Isne tu saltatum? — Ego in theatrum potius quam saltatum eo. — Itne hortulanus in hortos? — In forum it, quum in hortos ire debeat. — Mittisne servum tuum ad sutorem? — Immo eum ad sartorem potius quam ad sutorem mitto.

## 77. DICTATA SEPTUAGESIMA SEPTIMA.

Cogitantne fratres tui rus ire (Propositumne est fratribus tuis rus ire)? — Cogitant (eo ire). — Estne tibi propositum ad patruelem meum ire? — Est mihi propositum ad eum ire. — Num quid facere tibi est propositum? — Non propositum est (mihi quidquam facere). — Cogitasne hodie vesperi in theatrum ire? — Inire quidem cogito, sed non hodie vesperi. — Accipisne aliquid? — Accipio vero pecuniam. — A quo accipis? — Accipio a patre meo, a fratre meo et a consobrino meo. — Accipitne filius tuus libros? — Accipit vero quosdam. — A quo accipit? — Accipit (aliquot) a me, ab amicis vicinisque suis. — Ecquam pecuniam accipit homo pauper? — Accipit ejus nonnullum. — A quo accipit? — Accipit aliquantum a divitibus. — Num quid vini accipis? — Nihil (vini) accipio. — Egone pecuniam accipio? — Non accipis. — Accipitne servus tuus vestes (vestimenta)? — Non accipit. — Accipitisne libros, quos amici nostri accipiunt? — Non accipimus eosdem, quos amici tui accipiunt; alios autem accipimus. — Accipitne amicus tuus litteras, quas ad eum das (mittis)? — Vero, eas accipit. — Num tu, quæ tibi mitto, mala accipis? — Ea non accipio. — Accipitne Americanus tantum vini adusti, quantum vini ex malis confecti? — Accipit vero tantum de uno, quantum (quam) de altero. — Accipiuntne Scoti tam multos libros, quam multas epistolas? — Accipiunt vero tam multos (or tot) alterorum, quam multas (quot) alterarum.

## 78. DICTATA DUODECTOGESIMA.

Consequiturne Anglus principatum? — Consequitur. — Accipitne patruelis tuus tantam pecuniam, quantam ego? — Immo majorem (*or grandiozem*) accipit quam tu. — Accipitne Francogallus epistolas suas? — Accipit eas. — Quo tempore eas accipit? — (Accipit eas) vesperi. — Quo tempore tu litteras tuas accipis? — Accipio eas mane. — Quotâ horâ? — Do-drante horæ post nonam (Quadrante horæ ante decimam). — Accipisne tot epistolas quot ego? — Immo plures (*earum*) accipio quam tu. — Accipisne aliquas hodie? — Accipio vero nonnullas hodie et cras. — Excipitne pater tuus tot amicos quot (pater) noster? — Pauciores quam tuus excipit. — Excipitne Hispanus tot hostes (*inimicos*) quot amicos? — Excipit vero tot alterorum (*ex unis*), quot alterorum (*ex alteris*). — Accipisne uno amplius thalerorum? — Accipio (uno amplius). — Ecquid filius tuus uno amplius (plus) librorum accipit? — Uno amplius accipit. — Quid accipit medicus? — Bonum tabacum, bonum tabacum sternutatorium, et bona mucinia accipit. — Accipitne vinum adustum? — Vero, nonnullum accipit.

## 79. DICTATA UNDECTOGESIMA.

Propositumne tibi est hodie vesperi in theatrum ire? — Immo mihi cras inire propositum est. — Proficiscerisne hodie? — Nunc proficiscor. — Quando litteras ad amicos tuos dare cogitas? — (Cogito litteras ad eos dare) hodie. — Respondentne (*Rescribuntne*) amici tui litteris tuis (*ad litteras tuas*)? — Respondent. — Extinguisne ignem? — Non extinguo. — Accenditne servus tuus candelam? — Accendit. — Cogitat hic homo tuum mercium receptaculum succendere? — Cogitat (*succendere*). — Accipitne servus tuus indusia? — Accipit. — Accipitne tot, quot famulus meus? — Totidem accipit. — Accipisne aliquid hodie (*Ecquid hodie accipis*)? — Accipio vero nonnihil quotidie. — Ducisne aliquem (*Num quem ducis*)? — Nullum (*neminem*) duco. — Quem tu manu ducis (*Cui manus das*)? — Filium meum manu duco (*Ego filio meo manus do*). — Quo eum ducis? — Duco eum ad nostros vicinos, ut eos salvare jubeamus (*ut eos mane salutemus*). — Quid est filius tuus? — Medicus est. — Ducitne famulus



tuus aliquem manu? — Manu ducit puerum meum (Manus dat puero meo). — Quem me manu ducere oportet? — Hominem cœcum manu ducere te oportet. — Oportetne ille ducat ægrum? — Oportet (eum ducat). — Quo eum ducat oportet? — Oportet eum ducat domum. — Quorsum ille ducit equum? — In stabulum (eum ducit). — Dasne manus puero (infanti) an homini cœco? — Ambos (utrumque) duco. — Quando peregrinus proficisci cogitat? — (Proficisci cogitat) hodie mane. — Quotâ horâ? — Mediâ horâ post primam. — Non hic manere cupit? — Non manere cupit.

### 80. DICTATA OCTOGESIMA.

Estne frater tuus grandior, quam meus? — Immo non æque grandis est, sed melior, quam tuus. — Estne pileus tuus æque nequam (vilis) ac patris tui? — Immo melior est, sed non æque niger. — Ecquid indusia Italorum tam candida sunt, quam illa Hibernorum? — Candidiora sunt, sed non æque bona (sed minus bona). — Numquid amicorum nostrorum bacula longiora sunt, quam nostra? — Non longiora, sed graviora sunt. — Quibus sunt digitabula pulcherrima? — Francogallis sunt. — Cujus equi formosissimi sunt? — Mei formosi sunt, vestri formosiores quam mei sunt; sed illi amicorum nostrorum formosissimi sunt omnium. — Estne equus tuus bonus? — Bonus quidem est, sed tuus melior est, et Angli equus omnium, qui nobis noti sunt, equorum optimus est. — Habesne calceos bellos? — Bellos quidem habeo, sed frater meus venustiores \* habet quam ego. — A quo eos accipit? — Accipit eos ab amico suo optimo (carissimo). — Estne vinum tuum tam bonum, quam meum? — Immo melius est. — Venditne mercator muccinia bona? — Vendit vero omnium, quæ mihi nota sunt, mucciniorum optima. — Habemusne nos plures libros (plus librorum), quam Francogalli? — Plus, quam illi, habemus; sed Germani plures habent quam nos, et Angli omnium plurimos habent. — Estne tibi hortulus pulchrior (Pulchriorne tibi est hortulus), quam ille nostri medici? — Pulchrior (mihi est). — Ecquid Americanus pulchriorem domum habet, quam tu? — Pulchriorem habet. — Nobisne sunt liberi tam formosi, quam vicinis nostris? — Immo nobis formosiores sunt.

\* The comparative of *bellus* is wanting. Grammar, page 215.

## 81. DICTATA UNA ET OCTOGESIMA.

Estne toga tua tam longa quam mea (æque longa ac mea)? — Immo brevior (minus longa), sed venustior est. — Prodisne hodie in publicum? — Non, hodie non prodeo. — Quo tempore in publicum prodit frater tuus? — Prodit quadrante horæ post duodecimam. — Estne hic homo grandior natu quam ille? — Vero, grandior est, sed ille robustior est. — Uter horum liberorum melior est? — Ille, qui operam dat litteris, melior est, quam is, qui ludit. — Everritne tuus servus tam bene (scienter) quam meus (æque scienter ac meus)? — Immo melius (scientius), quam tuus, everrit. — Legitne Germanus tot librorum nequam, quot bonorum? — Immo vero plus bonorum quam nequam (malorum) legit. — Venduntne mercatores plus sacchari, quam coffeæ? — Plus alterius (ex uno) quam alterius (ex altero) vendunt. — Conficitne sutor tuus tot caligæ quot calceos? — Plus unarum quam alterorum conficit. — Scis tu nare tam bene, quam filius equitis? — Melius ego nare scio (possum) quam ille; sed ille melius scit Germanice loqui, quam ego. — Legitne tam scienter quam tu? — Scientius, quam ego, legit. — Laborasne capitis dolore? — Immo vero ego aurium doloribus laboro (afficio). — Observat consobrinus tuus ea quæ tu ei dicis (imperas)? — Non observat (Non curat). — Num quæsitore tui filius in silvam init? — Non vero, domi se tenet; pedibus ægrotat. — Discisne tu tam bene, quam hortulani nostri filius? — Ego melius (scientius), quam ille, disco, sed ille melius, quam ego, laborat. — Cujus currus pulcherrimus est? — Tuus pulcher est, sed centurionis pulchrior est, et noster omnium est pulcherrimus. — Numquis (Ecquis) tam pulchra mala habet, quam pulchra nos habemus (Eccui sunt æque pulchra mala atque nobis)? — Nemo tam pulchra habet (Æque pulchra sunt nemini).

## 82. DICTATA ALTERA ET OCTOGESIMA.

Exordirisne (Incipisne) loqui (Facisne initium loquendi or dicendi)? — Vero, exordior (Incipio). — Incipitne frater tuus linguam Italicam discere? — Incipit (eam discere). — Potesne jam Germanice loqui? — Nondum (Adhuc non) possum; verum incipio (initium facio). — Num amici nostri jam loqui incipiunt? — Non adhuc loqui, verum legere incipiunt. —

Facitne pater noster jam initium epistolæ suæ scribendæ? — Nondum (initium) facit. — Potesne jam nare (natare)? *or* Peritusne es jam nandi? — Nondum (possum), sed discere incipio. — Num filius tuus loquitur, priusquam audit? — Immo audit, antequam loquitur. — Auscultatne tibi frater tuus, ante quam loquitur? — Immo vero loquitur ante, quam auscultat. — Ecquid liberi tui legunt prius, quam scribunt? — Immo scribunt, priusquam legunt. — Num servus tuus scopis purgat receptaculum mercium, antequam cubiculum purgat (everrit)? — Immo cubiculum prius, quam mercium receptaculum scopis purgat. — Bibisne (Potasne), antequam in publicum prodis? — In publicum prodeco, antequam bibo. — Lavat consobrinus tuus manus suas, priusquam pedes suos lavat? — Immo vero pedes suos ante, quam manus suas lavat. — Extinguisne ignem (carbones), antequam candelam extinguis? — Ego neque ignem neque candelam extinguo. — Estne tibi propositum (*or* Cogitasne) in publicum prodire, priusquam epistolas tuas scribis? — Immo ego epistolas meas prius scribere cogito, quam in publicum prodeco. — Ecquid filius tuus caligas suas prius pedibus detrahit, quam sibi togam exuit? — Filius meus nec caligas pedibus detrahit, nec togam sibi exuit.

### 83. DICTATA OCTOGESIMA TERTIA.

Cogitasne brevi (propediem) proficisci? — Cras proficisci cogito. — Loquerisne tam sæpe, quam ego? — Ego minus sæpe loquor, sed frater meus sæpius (frequentius) loquitur quam tu. — Prodeone in publicum æque frequenter ac pater tuus? — Tu minus frequenter (quam ille) prodis; bibit ille autem sæpius, quam tu. — Incipisne cognoscere hunc hominem? — Incipio (eum cognoscere). — Jentatisne bene mane? — Nos quadrante horæ post nonam jentamus (jentaculum sumimus). — Jentatne patruelis tuus maturius, quam tu? — Immo vero serius (tardius) jentat, quam ego. — Quotâ horâ sumit jentaculum? — Jentaculum sumit horâ octavâ, et ego mediâ horâ post sextam. — Non jentas nimio mane (præmature)? — Immo vero nimis sero (post tempus, tardius) jento. — Sumitne pater tuus jentaculum suum tam bene mane, quam tu? — Immo serius (tardius), quam ego, jentat. — Concluditne epistolas suas prius, quam jentaculum sumit? — Immo vero jentaculum sumit ante, quam eas concludit. — Estne pileus

tuus nimis magnus (amplus) ? — Neque nimis amplus, neque nimis parvus est. — Num hortulanus noster jentat prius, quam in hortum init ? — Immo in hortum init ante, quam jentat (jentaculum sumit). — Ecquid tu legis Francogallice tam sæpe, quam Germanice ? — Immo ego Francogallice lego sæpius, quam Germanice. — Numquid nimis (nimium) loquitur medicus ? — Non satis loquitur. — Potantne Germani nimis (nimium) vini ? — Immo vero non satis ejus potant (bibunt). — Potantne plus cerevisiæ, quam vini ex malis confecti ? — Plus alterius (ex altero) quam illius (ex illo) potant (bibunt). — Estne vobis multum pecuniæ ? — Non est nobis ejus satis. — Habentne consobrini tui multum frumenti ? — Paulum tantum habent, sed tamen satis. — Reliquumne vobis est multum vini adusti ? — Non est nobis multum ejus reliquum. — Habesne tam multas mensas, quam multas sellas ? — Ego tam multas alterarum quam multas illarum habeo. — Accipitne amicus tuus tot epistolarum (epistolas), quot scidularum (scidulas) ? — Immo plus (plures) harum quam (illarum) accipit. — Numquid concludis ante, quam incipis ? — Necessè est incipiam prius, quam concludo.

#### 84. DICTATA OCTOGESIMA QUARTA.

Estne lingua Anglica locupletior, quam lingua Francogallica ? — Est vero locupletior. — Num tam locuples est, quam (æque locuples est ac) lingua Græca (Græcorum) ? — Non tam (æque) locuples est ; minus locuples atque minus flexibilis est, quam Græca. — Quæ linguarum omnium est locupletissima ? — Nulla linguarum locupletior est, quam Græca. — Ecquid præstantius est auro (quam aurum) ? — Vero, virtutes multo præstantiores sunt. — Numquid in homine est ratione divinius ? — Nihil divinius est vel pulchrius. — Ecqua (Numqua) species pulchrior esse potest humanâ (quam humana) ? — Nulla species vel figura pulchrior esse potest. — Quid in homine magno laudabilius est clementiâ (quam clementia) ? — Nihil est laudabilius. — Estne amicus tuus doctior fratre suo (quam frater ejus est) ? — Est quidem multo doctior, sed non æque bonus. — Doctiorne est vicino nostro (quam vicinus noster) ? — Immo non tam (æque) doctus est (Minus doctus est). — Quis Romanorum fuit eloquentissimus ? — Romanorum oratorum eloquentissimus fuit Cicero. — Favescne alicui (Num cui faves) magis, quam mihi ? — Ego nemini

magis, quam tibi, faveo. — Amarisne tantum a patre tuo, quantum ab amico tuo? — Immo ego magis (plus) ab illo amor, quam ab altero. — Estne homo ille altero inferior (inferior quam alter)? — Non inferior est. — Numquid aliud libertate quærimus? — Nihil aliud quærimus. — Estne vicinus noster felix ante alios (aliis felicior)? — Minus felix est. — Quis beator nobis est (Quis præ nobis beatus est)? — Nemo. — Debetne patria (nostra) nobis esse æque cara, ac liberi nostri? — Debet nobis esse non minus cara. — Quantum pecuniæ tibi reliquum est? — Reliquum mihi est plus tertia pars. — Quantum fratri tuo reliquum est? — Reliqui ei sunt minus decem thaleri. — Quot sumus? — Plus quinquaginta sumus.

### 85. DICTATA OCTOGESIMA QUINTA.

Ubi tu fuisti? — In foro fui. — Interfuistine saltationi? — Interfui. — Adfuine ego spectaculo? — Adfuisti (Interfuisti). — Tune interfuisti? — Ego non interfui. — Unquamne in theatro fuit consobrinus tuus? — Nunquam ibi fuit. — Fuistine jam in campo (loco publico)? — Nunquam ego ibi fui. — Cogitasne eo ire? — Cogito (eo ire). — Quando eo ire vis? — Cras eo ire volo. — Quotâ horâ? — Horâ duodecimâ. — Fuistine filius jam in hortis meis magnis? — Nondum ibi fuit. — Propositumne est ei eos videre? — Propositum ei est (eos videre). — Quo tempore eo ire vult? — (Ire eo vult) hodie. — Cogitatne hodie vesperi saltatum ire? — Cogitat eo ire. — Adfuistine jam saltationi? — Nondum adfui. — Quando (eo) ire cogitas? — Cras (ire cogito). — Fuistine jam in conclavi Angli? — Nondum infui. — Fuistine in cubiculis meis? — Infui. — Quo tempore (Quando) ibi infuisti? — (Infui ibi) hodie mane. — In tuone ego fui cubiculo an in illo amici tui (Fuine in tuo cubiculo an, &c.)? — Tu neque in meo neque in illo amici mei fuisti, verum in illo Itali.

### 86. DICTATA OCTOGESIMA SEXTA.

Utrum Batavus in nostris cellis penariis fuit an in illis Anglorum? — Fuit neque in nostris neque in illis Anglorum, verum in illis Italarum. — Fuistine jam in foro? — Ego ibi nondum fui, sed (tamen) eo ire cogito. — Fuistine ibi quæsito-

ris nostri filius? — Fuit. — Quando (Quo tempore) ibi fuit? — (Ibi fuit) hodie (hodierno tempore). — Cogitatne filius vicini nostri ad forum ire? — Cogitat vero (eo ire). — Quid ibi emere vult? — Emere ibi vult gallinas (pullos gallinaceos), boves, caseum, cervisiam et vinum ex malis confectum. — Fuistine jam in domo patruelis mei? — Jam fui. — Num amicus tuus jam ibi fuit? — Nondum (ibi) fuit. — Nosne jam in domo amici nostri fuimus? — Nondum ibi fuimus. — Unquam (En unquam) domo nostrā fuerunt amici nostri? — Nunquam (ibi) fuerunt. — Tun' unquam in theatro fuisti? — Nunquam ego infui. — Estne tibi voluntas epistolæ scribendæ? — Est (mihi voluntas unius scribendæ). — Ad quem litteras dare (mittere) vis? — Ad filium meum (litteras dare volo). — Fuitne pater tuus jam ruri? — Nondum (non adhuc) fuit; sed eo ire cogitat. — Cogitatne eo ire hodie? — Immo cras eo ire cogitat. — Quotā horā proficisci vult (cogitat)? — Mediā horā post sextam proficisci vult (cogitat). — Cogitatne proficisci (Num proficisci cogitat) ante, quam jentaculum sumit? — Immo jentaculum prius sumere cogitat, quam proficiscitur. — Fuistine alicubi (Ecquo loco fuisti)? — Nusquam fui.

### 87. DICTATA OCTOGESIMA SEPTIMA.

Habuiatine (Tenuistine) meum digitabulum? — Habui (Tenui). — Habuiatine muccinum meum? — Non habui. — An umbraculum meum habuisti? — Non habui. — Fuitne tibi culter meus pulcher? — Fuit. — Quando tibi fuit? — Heri (mihi fuit). — Habuine ego tua digitabula? — Habuisti. — Ecquid frater tuus malleum meum ligneum habuit? — Habuit. — Num tæniā meam auream habuit? — Non habuit. — Habueruntne (Tenueruntne) Angli navem meam bonam? — Habuerunt (Tenuerunt). — Quis tibialia mea lintea habuit? — Servi tui ea habuerunt. — Tenuimus nos ferreum vicini nostri boni riscum? — Tenuimus. — Num nos pilentum ejus pulchrum tenuimus? — Non tenuimus. — Habuimusne mensas peregrinorum lapideas? — Non habuimus. — Habuimusne crus ligneum Hiberni? — Non habuimus. — Habuitne Americanus opus meum bonum? — Habuit. — Num cultrum meum argenteum habuit? — Non habuit. — Habuitne juvenis primum operis mei tomum? — Non primum, verum alterum habuit. — Habuitne eum? — Etiam, domine, eum habuit. — Quando eum habuit? — (Habuit eum) hodie mane.

— Fuitne tibi saccharum? — Fuit. — Fuitne mihi charta bona? — Fuit. — Habuitne nauta vinum adustum? — Habuit. — Tun' aliquantum habuisti (Ecquid tu habuisti)? — Nihil (*or non*) habui. — Laboravistine capitis dolore? — Immo vero dentium doloribus laboravi. — Fuitne tibi aliquid boni (bonum)? — Fuit mihi vero nihil mali. — Fuitne heri locus saltationi? — Fuit. — Quo tempore locus est (*or datur*) saltationi? — (Locus ei datur) hodie vesperi.

### 88. DICTATA DUODENONAGESIMA.

Habuitne Germanus bonam cervisiam? — Habuit (nonnullum). — Fueruntne tibi panificia magna? — Fuerunt. — Ecquæ (Numquæ) fratri tuo fuerunt? — Non (*or Nulla*) fuerunt. — Habuitne hortulani nostri filius farinam? — Vero, habuit. — Habuerunt Poloni bonum tabacum? — Habuerunt. — Quid tabaci (Quale tabacum) habuerunt? — Tabacum fumarium et tabacum sternutatorium habuerunt. — Fuitne Anglis tantum sacchari, quantum theæ? — Fuit iis tantum unius, quantum alterius. — Verene locutus est medicus? — Immo erravit. — Locutusne est Batavus recte an erravit? — Nunquam ille neque recte locutus est neque erravit. — Numquid mihi mel emere non licuit (Fuitne mihi nefas mel emere)? — Emere tibi non licuit (Nefas fuit tibi emere). — Quid tenuit patruelis tuus? — Caligas tuas et calceos tuos tenuit. — Habuitne buccellata mea bona? — (Ea) non habuit. — Quid habuit Hispanus? — Nihil habuit. — Quis fortitudinem habuit? — Angli (nonnullam) habuerunt. — Fueruntne Anglis multi amici? — Fuerunt vero iis multi. — Num nobis (Nobisne) multi inimici fuerunt? — Non multi fuerunt. — Fueruntne nobis plus amicorum quam hostium (inimicorum)? — Immo nobis plures (plus) fuerunt horum quam illorum. — Habuitne filius tuus plus vini quam carnis? — Immo plus hujus (de hacce) quam illius (de illo) habuit. — Fuitne Turcæ plus piperis quam frumenti? — Vero, plus alterius, quam alterius habuit. — Numquid pictor habuit? — Nihil habuit.

### 89. DICTATA UNDENONAGESIMA.

Quoties tu librum illum legisti? — Bis. — Numquid hominem istum unquam audivisti? — Ego eum nunquam audivi.

— Tun' eum interdum audiisti? — Vero, eum nonnunquam audivi. — Isne tu nonnunquam in theatrum? — Vero, ego interdum in eo. — Ivitne frater tuus saltatum? — Ivit. — Ivitne saltatum toties, quoties tu (ivisti)? — Sæpius ivit, quam ego. — Is tu interdum in hortos? — Inivi vero antehac sexcenties (iterum ac sæpius). — Itne coquus tuus vetulus interdum in forum? — Vero, eo it iterum ac sæpius. — Ivit eo nudius tertius. — Ivistine saltatum sæpius, quam fratres tui? — Ego sæpius ivi, quam illi. — Interfuit consobrinus tuus sæpe spectaculo? — Non uno tempore interfuit (Interfuit vero diversis temporibus). — Esurivistine interdum? — Ego vero sæpe esurivi (esurii). — Sæpene sitiit famulus tuus (Sitivitne famulus tuus sæpe)? — Immo vero nunquam neque esurivit (esuriit) neque sitiivit (sitiit). — Ivistine ad mature spectaculum? — Immo eo tardius ivi. — Ivi ego saltatum æque mature ac tu? — Maturius tu ivisti quam ego. — Ivitne frater tuus eo tardius (post tempus)? — Immo vero maturius (nimis mature) ivit. — Numquid fratres tui habuerunt? — Nihil habuerunt. — Quis marsupium et pecuniam meam habuit? — Servus tuus utrumque habuit. — Habuitne baculum meum an pileum meum? — Utrumque (ambo) habuit. — Utrum equum meum habuisti, an fratris mei? — Ego neque tuum neque fratris tui habui. — Utrum ego schedulam tuam habui an illam medici? — Utramque (utrasque *or* ambas) habuisti. — Quid habuit medicus? — Nihil habuit. — Ecquis (Numquis) candelabrum meum aureum habuit? — Nemo habuit. — Quando tu saltationi interfuisti? — Interfui heri vesperi. — Num quem ibi invenisti? — Nullum (Neminem) inveni.

## 90. DICTATA NONAGESIMA.

Quam ob rem (Cur) puer ille laudatus est? — Laudatus est, quia (quod) litteris bene studuit. — Ecquid tu aliquando laudatus es? — Vero, ego sæpe laudatus sum. — Cur puer ille alter punitus est (pœnâ affectus est)? — Punitus est (pœnâ affectus est), quia nequam ignavusque fuit. — Estne puer iste (hicce) præmio ornatus? — Vero, ornatus est, quia bene laboravit. — Quando homo ille punitus est (pœnâ affectus est)? — Punitus est nudius tertius. — Quam ob rem nos æstimati sumus (magni facti sumus)? — Quia studiosi et obedientes fuimus. — Cur (Quam ob rem) homines isti in odio fuerunt? — Quia minus (= non) obedientes fuerunt (fuere). — A quo



scopis purgatum est cubiculum? — Purgatum est a servo tuo. — Quoties purgatum (eversum) est? — (Purgatum *or* eversum est) bis. — Lectusne est liber tuus toties, quoties meus? — Sæpius quam tuus lectus est. — Cur liber ille combustus est? — Quia nequam fuit. — Jussusne es tu scribere? — Non scribere, verum dicere (loqui) jussus sum. — Quo missus est juvenis? — Rus missus est. — A quo tu eruditus es? — Eruditus sum a parentibus et magistris meis. — Laceratusne est liber ab aliquo? — Vero, laceratus est a liberis nostris. — Lotane sunt indusia nostra? — Nondum lota sunt. — Quando fracta sunt vasa vitrea nostra? — (Fracta sunt) heri. — Punitusne tu es tam severe, quam ego? — Immo ego severius punitus sum, quam tu. — A quo scriptæ sunt hæ epistolæ? — Scriptæ sunt ab inimicis nostris. — Ecquid amicus noster a magistris suis amatus (dilectus) est? — Vero, amatus et laudatus ab iis est, quia assiduus et bene moratus fuit; frater ejus autem a suis despiciatui habitus est, quia nequam et ignavus fuit.

## 91. DICTATA UNA ET NONAGESIMA.

Quid ex (de) amico nostro factum est? — Factus est jurisconsultus (causidicus). — Quid de consobriño nostro factum est (Quid factus est consobrinus noster)? — Factus est miles (Relatus est inter milites). — Factusne est ægrotus patruus tuus (Inciditne in morbum patruus tuus)? — Factus est ægrotus, et ego in locum ejus successi (ego muneris ejus factus sum successor). — Cur hic homo non laboravit? — Laborare non potuit (*or* nequivit), quia in morbum incidit. — Convaluitne (Estne factus sanus)? — Convaluit (Factus est sanus). — Quid de eo factum est? — Factus est mercator. — Quid de liberis ejus factum est? — Liberi ejus facti sunt adulti. — Quid ex filio tuo factum est? — Vir magnus factus est. — Factusne est doctus? — Factus est doctus. — Quid de libro meo factum est? — Haud scio (*or* Nescio), quid de eo factum sit. — Num (eum) laceravisti? — Non laceravi. — Quid ex vicino nostro factum est? — Non scio (Nescio), quid ex eo factum sit. — Quando pater tuus profectus est? — Profectus est heri. — Profecti jam sunt amici nostri? — Nondum profecti sunt. — Ad quem (*or* Quocum) locutus es? — Ego ad vicinum meum (cum vicino meo) locutus sum. — Numquis ad viros illos locutus est? — Nemo ad eos locutus est. — Cujus

pecuniam largiti sunt? — Largiti sunt pecuniam suam (propriam). — Hortatusne est te aliquis (Ecquis te hortatus est)? — Magister meus me hortatus est. — Num frater tuus principatum consecutus est? — Non consecutus est. — Tun' cuiquam blanditus es (Blanditus es alicui)? — Nunquam ego cuiquam blandior. — Blandiuntur nobis inimici nostri? — Vero, nobis blandiuntur. — Mansitne (Tenuitne se) pater tuus domi? — Mansit (se tenuit). — Tenuitne se domi heri (hesterno tempore)? — Se non domi tenuit. — Solitusne es in theatrum ire? — Non solitus sum inire. — In cuius locum successit frater tuus? — In patris (sui) locum successit (Factus est successor paterni muneris).

## 92. DICTATA ALTERA ET NONAGESIMA.

Habesne, quod facias (Ecquid tibi faciendum est)? — Nihil (Non) habeo, quod faciam (Non est mihi quidquam faciendum). — Quid faciendum habet frater tuus (Quid est fratri tuo faciendum)? — Litteras scribendas habet (Scribendæ sunt ei litteræ). — Quid tu fecisti? — Ego nihil feci. — Ecquid ego feci? — Vero, vestes meas laceravisti (lacerasti). — Quid liberi tui fecerunt? — Laceraverunt (Laceravere) libros suos bonos. — Quid fecimus nos? — Vos nihil fecistis, sed fratres vestri sellas meas pulchras combusserunt (combussere). — Confecitne jam sartor togam tuam? — Nondum confecit. — Confecitne jam sutor caligas tuas? — Vero, jam confecit. — Num tu interdum pileum confecisti? — Nunquam ego ullum confeci. — Confecistine jam marsupium tuum? — Nondum (haud dum) confeci. — Ecquid vicini nostri aliquando libros confecerunt? — Confecerunt vero quondam (olim) quosdam. — Quot togas confecit sartor tuus? — Confecit earum triginta vel quadraginta. — Utrum togas confecit bonas an nequam? — Et bonas et nequam confecit (Nequam non minus quam bonas confecit). — Detraxitne pater noster pileum capiti (Nudavitne pater noster caput)? — Detraxit (Nudavit). — Exuerunt sibi fratres tui togas? — Exuerunt (Exuere). — Utrum pedibus detraxit medicus tibialia sua an calceos suos? — Non pedibus detraxit neque una neque alteros. — Quid abstulit (sustulit) ille? — Nihil abstulit, detraxit autem pileum suum magnum capiti. — Quis tibi dixit hoc? — Famulus meus (dixit). — Quid tibi dixit patruelis tuus? — Mihi nihil dixit.

— Quis vicino tuo dixit hoc? — Angli ei (hoc) dixerunt. — Esne tu (Tun' es) frater adolescentis illius (*or dat.*, adolescenti illi)? — Sum vero. — Ecquid puer ille filius tuus est? — Est. — Quot tibi liberi sunt? — Mihi non sunt nisi duo (Duos tantum habeo). — Ivitne quæsitō in forum? — Non invit (iniit). — Estne ægrotus? — Est. — Ego ægrotus sum? — Non es. — Esne tu tam grandis, quam ego (æque grandis atque ego)? — Sum. — Ecquid amici tui tam divites sunt, quam se esse dicunt? — Sunt vero. — Esne tu æque fessus, ac frater tuus? — Immo ego magis fessus sum (*præter eum fessus sum*).

### 93. DICTATA NONAGESIMA TERTIA.

Venistine questum? — Non ego questum veni; sciscitatum et congratulatum veni. — Missine sunt illi spectatum? — Missi sunt spectatum et congratulatum. — Redivitne (Rediitne) bellatum? — Immo vero pacem petitem rediit. — Locutusne es patri meo (ad patrem meum)? — Locutus sum (ad eum *or ei*). — Quando tu ad eum locutus es? — Nudius tertius ad eum locutus sum. — Esne tu interdum cum Turcâ locutus? — Nunquam ego cum eo locutus sum. — Quoties tu ad centurionem locutus es? — Ego sexies ad eum locutus sum. — Num eques unquam tecum locutus est? — Nunquam mecum collocutus est. — An tu cum filio ejus sæpe locutus es? — Sæpe cum eo collocutus sum. — Sæpiusne tu cum eo locutus es, quam nos? — Immo ego minus frequenter cum eo locutus sum, quam vos. — Ad quem filiorum equitis locutus es? — Locutus sum ad minimum natu. — Ad quos homines locutus est frater tuus? — Locutus est ad hosce. — Quid filius hortulani tui secuit? — Arbores secuit. — Messuitne (*or Secuitne*) frumentum? — Messuit (Secuit). — Messuitne (Secuitne) tantum fœni quantum frumenti? — Messuit vero tantum de altero, quantum de altero. — Sustulistine meum cultrum? — Sustuli. — Quid vos sustulistis? — Nihil sustulimus. — Num quid combussistis? — Nihil quidquam combussimus. — Num tæniâs meas pulchras combussisti? — Ego eas non combussi. — Quos libros combussit Græcus? — Suos (proprios) combussit. — Quas naves combussere Hispani? — Nullas naves combusserunt. — Tun' chartam combussisti? — Non combussi. — Num medicus schedulas aliquas combussit? — Non (Nullas) combussit. — Aususne es pileum meum comburere? — (Comburere cum) ausus sum.

— Quando eum combussisti? — Ego eum heri combussi. — Ubi eum combussisti? — (Ego eum) in conclavi meo (combussi). — Quis indusium suum laceravit? — Deformis vicini nostri puer eum laceravit. — Ecquis (Numquis) libros tuos laceravit? — Nemo eos laceravit. — Fasne est hoc facere? — Immo nefas est. — Estne mirabile dictu? — Est vero permirabile. — Quid est optimum factu? — Optimum est proficisci. — Quid est tam jucundum cognitu atque auditu, quam lingua Latina? — Nihil est jucundius. — Quid ille ausus est? — Non est dictu dignum, quod ausus est (Nihil dictu dignum ausus est).

#### 94. DICTATA NONAGESIMA QUARTA.

Bibistine vinum (Ecquid tu vinum bibisti)? — Bibi, vero. — Multumne ejus bibisti? — Immo ego pauxillum tantum bibi. — Ecquid tu cervisiam bibisti? — Bibi. — Bibitne frater tuus multum vini ex malis confecti? — Non multum ejus bibit, sed tamen satis. — Quando vinum (de vino) bibisti? — Bibi aliquantum heri et hodie. — Portavitne (Tulitne) servus epistolam? — Quo portavit (tulit) eam? — Portavit eam ad amicum tuum. — Attulistisne (Apportavistisne) nobis mala? — Vero, attulimus (apportavimus) vobis nonnulla. — Quot mala nobis apportavistis? — Apportavimus vobis (eorum) viginti quinque. — Quando tu ea attulisti? — Ego ea hodie mane attuli. — Quotâ horâ? — Dodrante horæ post septimam. — Misistine tu puerulum tuum ad forum? — Vero, eum eo misi. — Quo tempore tu eum illuc misisti? — Hodie vesperi. — Dedistine litteras ad patrem tuum? — Dedi (litteras ad eum). — Rescripsitne tibi (Ecquid ad litteras tuas rescripsit)? — Nondum rescripsit. — Unquamne tu litteras ad medicum misisti (dedisti)? — Nunquam misi (dedi). — Deditne ille nonnunquam litteras ad te? — Sæpe dedit. — Quid tibi (ad te) scripsit? — Scripsit mihi (ad me) quiddam. — Ecquid amici tui aliquando litteras miserunt (dedere) ad te? — Vero, frequenter miserunt. — Quoties ad te litteras dederunt? — Litteras ad me dederunt plus tricies. — Vidistine unquam filium meum? — Ego eum nunquam vidi. — Viditne aliquando te? — Vero, me sæpe vidit. — Vidistine tu aliquando homines Græcos? — Ego frequenter vidi. — Vidistine jam Syrum aliquem? — Vidi vero jam unum. — Ubi unum vidisti? — In theatro. — Ecquid fratri meo librum dedisti? — Dedi. —

Dedistine mercatori pecuniam? — Dedi ei nonnullam. — Quantam ei dedisti? — Dedi ei quindecim thaleros. — Dedistine liberis vicinorum nostrorum bonorum tœnias aureas? — Dedi iis aliquot. — Visne panem dare pauperi? — Dedi ei jam aliquantum. — Visne mihi vinum dare? — Dedi tibi jam aliquantum. — Quando mihi dedisti? — Olim (tibi dedi). — Ecquid mihi nunc dare vis? — Dare tibi nequeo (non possum).

## 95. DICTATA NONAGESIMA QUINTA.

Commodavitne tibi Americanus pecuniam? — Commodavit. — Ecquid tibi sæpe commodavit? — Commodavit mihi non uno tempore (nonnunquam, interdum). — Quando tibi commodavit? — Commodavit mihi olim (quondam) aliquantum. — Num Italus tibi aliquando pecuniam commodavit? — Nunquam (mihi) commodavit. — Estne egenus (pauper)? — Pauper non est; divitior est te (quam tu). — Visne mihi unum thalerum commodare? — Immo tibi duo commodare non nolo. — Venitne puer tuum ad meum? — Venit (ad eum). — Quando? — Hodie mane. — Quo tempore? — Primâ luce. — Venitne maturius, quam ego? — Quotâ horâ tu venisti? — Ego mediâ horâ post quintam veni. — Maturius ergo ille venit, quam tu. — Quo ivit frater tuus? — Saltatum ivit. — Quando (eo) ivit? — Ivit (eo) nudius tertius. — Datusne est locus saltationi? — Datus est. — Habuitne locum sero? — Immo mature locum habuit. — Quotâ horâ? — Mediâ nocte. — Discitne frater tuus scribere (*or* artem scribendi)? — Vero, discit. — Scitne jam litteras (*or* legere)? — Nondum scit (legere). — Didicistine aliquando linguam Germanicam? — Didici vero olim (quondam), sed tamen ejus non sciens sum. — Didicitne pater tuus unquam linguam Francogallicam? — Nunquam didicit. — Discitne eam in præsentîâ (nunc)? — Discit. — Novistine tu Anglum, quem ego novi? — Quem tu novisti, ego non novi; novi autem alium. — Ecquid amicus tuus novit eundem equitem, quem ego novi (cognovi)? — Non eundem novit, verum alios. — Num tibi (Tibine) noti fuerunt iidem homines, qui mihi noti fuerunt? — Non mihi noti fuerunt iidem, verum alii. — Curavistine aliquando (nonnunquam) togam tuam reficiendam? — Curavi (eam nonnunquam reficiendam). — Jussistine jam caligas tuas reparari (refici)? — Nondum (eas) reparari jussi. — Jussitne non-

nunquam consobrinus tuus tibialia sua reparari (Curavitne, &c., tibialia sua reparanda)? — Vero, reparari ea jussit pluribus temporibus. — Utrum tu reficiendum curasti pileum tuum an calceum tuum? — Ego neque alterum neque illum reficiendum curavi. — Curavistine lavanda mea focalia an mea indusia? — Ego neque una neque altera lavanda curavit. — Quid tibialium (Quæ tibialia) lavari jussisti? — Lavari jussi tibialia lintea. — Jussitne pater tuus unam mensam confici? — Jussit unam confici. — Tunc aliquid conficiendum curavisti (curasti)? — Nihil ego conficiendum curavi.

### 96. DICTATA NONAGESIMA SEXTA.

Esne amaturus? — Amaturus sum. — Illine lecturi sunt (Num illi lecturi sunt, *or* Lecturine sunt illi, *or* Suntne illi lecturi)? — Non sunt lecturi; scripturi sunt. — Disciturine sumus linguam Latinam (litteras Latinas)? — Discituri sumus. — Lecturusne fuisti librum, quem ego tibi commodavi? — Lecturus fui. — Fueruntne fenestram aperti? — Fuerunt eam aperti. — Estne ille libros suos venditurus? — (Eos) non venditurus est. — Num ego (Egone) in theatrum sum iturus? — Non es initurus. — Fuitne tibi pecuniam daturus? — Fuit mihi nonnullum ejus daturus. — Venturusne fuit medicus? — Vero, venturus fuit. — Esne (tu) amandus? — Amandus sum. — Cui amandus est puerculus tuus? — Amandus est parentibus suis et magistris. — Legendane est epistola (Estne epistola legenda)? — Legenda est. — Cui? — Legenda est amicis ejus et vicinis. — Estne ignis accendendus (Accendendusne est ignis, *or* Ignisne accendendus est, *or* Num accendendus est ignis, &c.)? — Non est accendendus; extinguendus est. — Estne tibi proficiscendum? — Est mihi proficiscendum. — Quando ei fuit proficiscendum? — (Proficiscendum ei fuit) hodie mane. — Eundumne tibi est in hortos? — Non est mihi ineundum. — Ecquid nobis nunc jentandum est (Estne nobis nunc jentandum)? — Nondum nobis jentandum est. — Quid nobis faciendum est? — Loquendum est nobis Latine, et mittendæ (dandæ) sunt nobis epistolæ (litteræ) ad amicos nostros.

## 97. DICTATA NONAGESIMA SEPTIMA.

Vidistine aliquem scribentem (scribere)? — Vidi vero patrem meum juxta carbonem scribentem et legentem (scribere et legere). — Audieruntne nos loquentes (loqui)? *or* Num nos loquentes audiverunt? — Non audierunt. — Ubi (tu) amicum nostrum vidisti? — Vidi eum stantem juxta fenestram. — Ubi fuit puerulus tuus heri vesperi? — Fuit in cubiculo suo, librum legens, quem ei dedisti. — Estne servus noster in agris? — Non, in hortis est arbores secans. — Habetne fenestram apertam? — Immo vero eam clausam habet. — Visne te excusatum? — Volo (me excusatum). — Visne missos facere honores? — Missos facere non possum (non queo). — Perfidiam nonne perspectam habes? — Perspectam habeo. — Deditne tibi epistolam legendam? — Dedit. — Cui dedisti industria lavanda? — Dedi ea servo meo. — Num nobis commodaverunt libros discindendos? — Immo eos nobis legendos et memoriã tenendos commodaverunt. — Visne mittere mihi digitabula tua reficienda? — Mittere tibi nolo. — Accepitne sartor togas reficiendas (reparandas)? — Vero, togas et industria reficienda accepit. — Ubi pileum tuum reparandum reliquisti? — Ego eum apud pileorum opificem reliqui. — Venitne peregrinus (hospes) ad nos (domum nostram)? — Vero, venit allaturus tibi tabacum, quod de eo emisti. — Utrum illud evenit ante urbem conditam, an post (postea)? — Postea (post) evenit. — Vixitne Socrates post Christum natum (Num Socrates post Ch. nat. vixit)? — Immo vero ante vixit. — Ornatusne est frater tuus præmio? — Immo vero pœnã meritã affectus est. — Ecquid venientes nautas vides (conspicis)? — Non venientes, verum abeuntes eos video. — Ubi tu digitabula tua invenisti? — Ego ea super mensã posita (jacentia) inveni. — Invenistine vicinum tuum ad focum sedentem? — Non, eum in hortis suis ambulantem inveni.

## 98. DICTATA DUODECENTESIMA.

Legebatne (Ecquid ille legebat)? — Legebat. — Quotã (Quã) horã? — Legebat hodie mane inter horam septimam et octavam. — Scribebasne (Ecquid scribebas), quum ego domum venirem (veni, veniebam)? — Scribebam vero epistolam ad fratrem meum. — Dabatne operam litteris, quum ego in

publicum prodirem (prodivi)? — Non operam ille dabat literis, quum tu in publicum prodires, sed quum in theatro esses. — Numquid tu laborabas, quum ego ludebam (lude-rem)? — Immo ego ludebam, quum tu laborabas (laborares). — Quo tempore ille litteras (epistolam) scribebat? — Scribebat eas mediâ nocte. — Convalescebatne eo tempore, quum eum vidisti? — Non convalescebat. — Ubi eras tum, quum ego medicum accesserem (arcessebam)? — In hortis meis eram. — Aperiebasne fenestram, quum ego præteribam? — Aperiebam. — Num liberi frangebant vasa vitrea nostra? — Non frangebant. — Quid faciebas tum, quum ego domum ibam (irem)? — Librum, quem noster amicus mihi commodavit, legebam. — Quid dixit frater tuus, quum cubiculum ejus intrares? — Nihil dixit. — Intererasne (Aderasne) saltationi? — Non intereram (aderam). — Eratne puer diligens? — Erat vero non minus diligens, quam bene moratus. — Poteratne domo exire hodie mane? — Non poterat (Non quibat *or* Nequibat). — Domine eras (Tunc domi eras), quum (ego) pecuniam meam acciperem? — Domi non eram. — Cupiebatne patrem suum videre? — Videre eum valde cupiebat. — Calefiebatne coffea? — Non calefiebat. — Volebatne linguam Latinam (litteras Latinas) discere? — Facere nolebat. — Quis edebat? — Vicinus noster edebat et bibebat (potabat). — Venitne, ut te videret? — Venit, ut me videret, et (ut) mihi librum novum daret. — Habebasne, quod ad amicum tuum scriberes, cum ruri esses? — Habebam vero multa, quæ ad eum scriberem. — Habesne nihil (Non habes), quod edas, hodie mane? — Nihil habeo. — Scribebantne æque bene ac (tam bene quam) dixerunt? — Immo melius scribebant (scribere solebant). — Loquebarisne Francogallice, quum Lutetiæ esses? — Vero, (et) Francogallice et Latine loquebar.

### 99. DICTATA UNDECENTESIMA.

Eratne tibi propositum linguam Anglicam discere (Cogitavistine ling. Angl. discere)? — Erat mihi propositum (eam discere), sed non potui invenire bonum magistrum. — Cogitabatne frater tuus currum emere? — Cogitabat quidem unum emere, carebat autem pecuniâ. — Cur tu laborabas? — Laborabam, ut linguam Latinam (litteras Latinas *or* Latine) discerem. — Quam ob rem tu hominem illum amabas (diligebas)? — Eum amabam, quia (quod) me amabat. — Ecquid



jam filium centurionis vidisti? — Vero, eum jam vidi. — Loquebaturne Anglice? — Immo vero Græce et Latine loquebatur. — Ubinam eras (fuisti) eo tempore? — In Italiã eram. — Quem hortabatur magister? — Discipulos suos hortabatur. — Ecquid non diligentes habebantur? — Non, segnes et nequam habebantur. — Num tu rus ire jubebaris? — Non jubebat eo ire. — Quando mittebatur epistola? — Mittebatur heri (hesterno tempore). — Aperiebaturne fenestra (tum), quum nos præteribamus (præteriremus). — Aperiebatur. — Audiebaturne magister, quum loqueretur (loquebatur)? — Vero, audiebatur, quum clarã voce loqueretur (loquebatur). — Quam ob rem puer pœnã est affectus (or afficiebatur)? — Pœnã affectus est, quia negligens nequamque erat. — Potuistine (Poterasne) amicos tuos tueri? — Non potui (Non poteram or Nequibam) eos tueri. — Ecquid blandiri tibi solebant? — Solebant (mihi blandiri). — Num tu venisti, ut mihi blandireris? — Non vero, veni, ut tecum colloquerer. — Vivitne amici tui frater etiamnunc? — Vivit vero (Vitã fruitor or In vitã est) etiamnunc. — Num parentes tui vitã fruuntur (in vitã sunt) etiamnunc? — Vitã non amplius fruuntur. — Eratne frater tuus in vitã (Vivebatne frater tuus) etiam tum, quum tu in Germaniã esses? — In vitã erat (Vivebat) non amplius. — Dormiebasne etiam tum (tunc), quum ego hodie mane veniebam (venirem)? — Dormiebam non amplius. — Loquebaturne magister tuus clare (clarã voce)? or Solebatne magister tuus clarã voce loqui? — Clarã voce (solebat). — Solesne clare loqui, quum litteris Latinis operam das? — Soleo. — Advenitne tandem consobrinus tuus? — Avenit tandem. — Discisne tandem linguam Francogallicam? — Vero, tandem disco. — Quid post sumptum jentaculum facere soles? — Simul ac (Simul ut) jentavi (jentaculum sumpsi), ego litteras meas scribere incipio. — Ego, simul ac caput meum nudavi, vestes (vestimenta) mihi exuo. — Bibisne (Potasne), simul ac cibum sumpstisti? — Bibo. — Quid egerunt (fecerunt) illi post sumptum cibum vespertinum? — Postea dormierunt (dormiere).

### 100. DICTATA CENTESIMA.

Promisistine aliquid (Ecquid or Numquid pollicitus es)? — Nihil promisi (pollicitus sum). — Ecquid mihi das, quod promisisti? — Do vero. — Multumne tu pecuniæ accepisti? —

Pauxillum tantum accepi. — Quantum ejus accepisti? — Unum solum thalerum accepi. — Quo tempore epistolam tuam accepisti? — Hodie (accepi). — Numquid accepisti? — Nihil quidquam accepi. — Pollicerisne mihi, te ad saltationem venturum (esse)? — Polliceor me venturum. — Daturne locus saltationi hodie vesperi? — Datur. — Quantam pecuniam dedisti filio meo? — Dedi ei quindecim thaleros. — Non tu ei amplius (plus) promisisti? — Immo (ei) dedi, quantum ei promisi. — Num inimici nostri pecuniam suam acceperunt? — Non acceperunt (acceperere). — Habesne signatam Romanorum signo pecuniam? — Habeo. — Quid nummorum habes? — Ego asses, sestertios, denarios et aureos habeo. — Ex quot assibus efficitur sestertius? — Ex quattuor. — Quam valorem habet aureus? — Aureus centum sestertiis valet (Aureus valorem habet centum sestertium). — Estne tibi pecunia Germanorum signo signata? — Vero, sunt mihi thaleri (imperiales), floreni, kreutzeri, grossi et oboli. — Quot grossos continet florenus? — Florenus grossorum sexdecim vel kreutzerorum sexaginta continet (Florenus ex sedecim grossis vel sexaginta kreutzeris efficitur). — Suntne tibi aliquot oboli? — Sunt mihi eorum aliquot. — Ex quot obolis efficitur drachma (Quot obolorum continet drachma)? — Drachma ex sex obolis efficitur (Drachma obolorum sex continet). — Mina argenti Græcorum valorem habet eandem cum denario Romanorum. — Ex quot minis efficitur talentum? — Talentum ex minis sexaginta efficitur (Talentum minarum sexaginta continet). — Visne mihi togam tuam commodare? — Commodare tibi eam non nolo, sed usu contrita est. — Contritine sunt usu calcei tui? — Non usu contriti sunt (Non detriti sunt). — Visne eos fratri meo commodare? — Volo illi eos commodare. — Cui pileum tuum commodavisti? — Non eum commodavi; dono eum dedi alicui. — Cui dedisti? — Pauperi (eum dedi).

### 101. DICTATA UNA ET CENTESIMA.

Ecquid fraterculus tuus jam litterarum syllabas ordinare scit? — Scit vero. — Ordinatne eas bene? — Bene (Recte) ordinat. — Quemadmodum (Quomodo) litterarum syllabas ordinavit puerculus tuus? — Mediocriter (sic satis) ordinavit. — Quomodo scripserunt liberi tui epistolas suas? — Male (nequiter, perperam) scripserunt. — Scisne Hispanice (linguam His-

panicam)? — Scio. — Loquiturne consobrinus tuus Italice? — Loquitur vero bene. — Quemadmodum amici tui loquuntur? — Non male loquuntur. — Observantne ea, quæ tu iis dicis (imperas)? — Observant. — Quomodo (Quo pacto) tu linguam Anglicam didicisti? — Didici eam hoc pacto (hoc modo). — Vocavistine me (Mene vocasti)? — Non te vocavi, verum fratrem tuum. — Adventitne (Venitne)? — Nondum advenit (venit). — Ubi tu vestes tuas (vestimenta tua) madefecisti? — Ego eas ruri madefeci. — Visne eas in sole exponere, ut siccescant? — Volo eas exponere (ut siccescant). — Ubi pileum meum posuisti? — Ego eum mensæ (in mensâ *or* in mensam) imposui. — Vidistine librum meum? — Vidi. — Ubi est? — Positus est super (Impositus est) risco fratris tui. — Positumne est muccinium tuum in sellâ? — Positum est. — Quando tu ruri fuisti? — Ego ibi nudius tertius fui (*or simply* Nudius tertius). — Invenistine ibi patrem tuum? — Inveni (eum ibi). — Quid dixit (dicebat)? — Nihil dixit. — Quid tu ruri egisti? — Nihil quidquam egi (*or agebam*).

## 102. DICTATA ALTERA ET CENTESIMA.

Justumne est (Estne justum), me scribere? — Vero, justum est. — Te facere hoc non consentaneum est (Non consentaneum est, te hoc facere). — Apertum est, eum litteras (illas) scripsisse. — Estne verisimile, eum nobis librum misisse (librum ad nos misisse)? — Non verisimile est. — Estne tempus, nos abire? — Nondum (tempus) est; tempus est jentare (jentandi). — Num fas est, me saltatum ire? — Non est fas (Nefas est). — Fuitne facinus, civem Romanum vinciri? — Fuit (Erat) vero facinus audacissimum. — Apparetne, eum erravisse? — Non apparet. — Constat, te erravisse, me autem vere (recte) locutum esse. — Oportuitne (Oportebatne) te laborare? — Laborare me non oportuit, oportuit me autem scribere. — Estne necesse, nos linguam Latinam discere? — Necesse est. — Licetne nobis in theatrum ire? — Non licet. — Intelligiturne, eum advenisse? — Intelligitur, eum nudius tertius advenisse. — Intelligitur, eum cras (crastino tempore) adventurum esse. — Necessene est, me scribere? — Necesse quidem est, sed epistolam tuam brevem esse oportet.

## 103. DICTATA CENTESIMA TERTIA.

Videsne, me scribere? — Video. — Videbatne, nos venire? — Non videbat. — Audiverunt (Audiebantne), me legere (me legentem). — Te non audierunt (audiebant). — Auditne, me litteras ad te, dedisse? — Audit. — Miraris (Num miraris), me tuis operibus lætari? — Minime miror. — Sentitne, se mortalem esse? — Vero, sentit. — Ecquid ille sperat, te venturum esse? — Immo vero sperat, me domi mansurum (esse). — Num tu credis, illum librum tuum lecturum (esse)? — Non credo, (illum eum lecturum esse). — Scisne, rem ita se habere? — Non certe scio, sed credo, rem ita se habere. — Gaudesne (Lætarisne), eum convaluisse? — Valde gaudeo (lætor). — Doleo, eum ægrotum esse (*or* quod ægrotus est). — Cupitne, te sibi librum mittere? — Me non librum sed chartam ipsi mittere cupit. — Num me rus ire vis? — Non, te in urbe manere volo. — Jubetne nos scribere? — Nos non scribere, verum libros, quos nobis commodavit, legere jubet. — Vetatne te in theatrum ire? — Me non vetat. — Ecquid tu me jubes memet ipsum cognoscere (noscere)? — Jubeo te. — Dixitne, se ægrotum esse? — Immo dixit, se sitire. — Numquid illi scribunt, nos advenisse? — Non scribunt. — Tune negas, me recte loqui? — Negare (hoc) non cupio. — Confiterisne, te erravisse? — Immo vero nego, me erravisse. — Simulavitne (Simulabatne), se dormire? — Simulavit (Simulabat). — Pollicitusne est, se venturum (esse)? — Polliceri non potuit (non quivit *or* nequivit.)

## 104. DICTATA CENTESIMA QUARTA.

Visne me tecum in theatrum ire (*or, also, Visne, ut (ego) tecum in theatrum eam*)? — Ego non te, verum (sed) fratrem tuum tecum ire volo. — Optasne me litteras ad patrem tuum dare (Optasne, ut ego litteras dem *or* mittam ad patrem tuum)? — Vero, volo, ut litteras ad eum des. — Sinisne, me saltatum ire (*or. ut saltatum eam*)? — (Ego te ire) non sino. — Ecquid ille epistolas a nobis scribi patitur (Num ille patitur, ut epistolæ a nobis scribantur)? — Non patitur. — Num te coegerunt, ut te munere tuo abdicares (*also* te munere tuo abdicare)? — Me cogere non potuerunt (nequiverunt). — Flagitavitne, te secum in publicum prodire? — Flagitavit (Flagitabat).

— Recusatne ad nos venire? — Recusat. — Statuistine linguam Latinam discere? — Decrevitne operam dare linguæ Francogallicæ (litteris Francogallicis)? — Decrevit. — Quid agit? — Id agit, ut hunc librum ediscat (memoriæ mandat). — Studesne fieri diligens (te fieri diligentem *or* ut diligens fias)? — Studeo vero esse et diligens et bonus (me esse diligentem bonumque *or* ut sim diligens atque bonus). — Videndumne est, ut proximum nostrum amemus? — Videndum est quam maxime.

### 105. DICTATA CENTESIMA QUINTA.

Rogasne me, ut domi maneam (*or* me domi manere)? — Immo vero te et oro et hortor, ut in publicum prodeas (in publicum prodire). — Hortatusne est te, ut rus ires (rus ire)? — Non, me hortatus est, ut litteras (unas) scriberem (litteras scribere). — Admonesne me, ut iracundiæ resistam (iracundiæ resistere)? — Vero, te admoneo. — (Te) moneo obstorque, ut eos (hos *or* illos), qui te amant, caros habeas. — Monuitne te, rem ita se habere (habuisse)? — Monuit et persuasit mihi, rem ita se re vera habere (habuisse). — Imperaveruntne, ut aliquis interficeretur (*or* Jusseruntne aliquem interfici *or* occidi)? — Imperaverunt, ut miles interficeretur (Jusserunt militem interfici). — Vetatne ille librum legi? — Immo vero (eum) legi jubet (imperat, ut legeretur). — Num pater tuus tibi scripsit, ut domum redires? — Immo mihi scripsit, ut ruri manerem (me tenerem). — Dixistine famulo tuo, ut tibi librum apportaret (afferret)? — Dixi. — Imperatne tibi præceptor (magister) tuus, ut operam des studiis (Jubetne te magister tuus operam dare studiis)? — Imperat (Jubet). — Ecquid ei persuasisti, ut librum meum legeret (librum meum legere)? — Persuadere ei non potui (nequivi). — Numquid fieri potest, ut ego errem? — Fieri non potest, ut erres. — Quando fuit, ut ego errarem? — Sine, te exorem, ut scribas. — Fac sciam, quando venias. — Cave credas, eum tibi amicum esse. — Gaudesne, me litteras ad amicum tuum dedisse (*or* quod ego litteras ad amicum tuum dedi)? — Delector, quod fecisti hoc (te hoc fecisse). — Dolesne, quod librum tuum amisisti (*or* te librum tuum amisisse)? — Valde doleo, quod eum amisi (me eum amisisse). — Ecquid miratur ille, quod ego medicum non adduxi (me medicum non adduxisse)? — Immo miratur, quod

non veniat (eum non venire). — Gratiarne mihi agis, quod te molestiā liberavi? — Vero, gratias tibi ago toto pectore. — Gratarisne mihi, quod convalui (sanus factus sum)? — Gratulor. — Cur magister ejus queritur? — Queritur super hoc, quod ille negligens et ignavus est.

### 106. DICTATA CENTESIMA SEXTA.

Hodiene in publicum prodis (Prodisne hodie in publicum)? — Non ego unquam, quum pluit, in publicum prodeo. — Pluvitne (Pluitne *or* Pluebatne) heri *or* hesterno tempore? — Non pluit (pluit, pluebat). — Ninxitne? — Ninxit. — Quam ob rem tu non in forum is? — Non eo, quod (quia) ningit. — Visne tibi umbraculum? — Vero, si unum habes. — Visne mihi commodare umbraculum? — Commodare tibi unum non nolo. — Qualis est tempestas? — Tonat et fulgurat. — Lucetne sol? — Non lucet; nebulosum est cœlum. — Audisne tonitrum? — Non audio. — Quam diu tonitrum audiisti (audiebas)? — Ego eum usque ad horam quartam mane audiivi (audiebam). — Estne nunc tempestas bona (Bonane nunc est tempestas)? — Non est; valde flat ventus et vehementer tonat. — Pluitne? — Pluit vero valde (vehementissime). — Nonne tu rus is? — Quomodo ego rus ire queam (possim)? nonne vides, quam vehementer fulguret? — Ningitne? — Non ningit, sed grandinat. — Grandinabatne heri (hesterno tempore)? — Non grandinabat, sed valde tonabat (tonuit). — Estne tibi umbella? — Est mihi una. — Visne mihi eam commodare? — Volo (tibi eam commodare). — Lucetne sol? — Lucet; sol mihi oculos nocet. — Serenumne est cœlum? — Immo vero deterrima est tempestas; cœlum obscurum est. — Solis lumine non utimur. — Qualis est tempestas hodierna (hodie)? — Tempestas deterrima est. — Flatne ventus (Estne tempestas ventosa)? — Valde flat ventus (Tempestas valde ventosa est). — Eratne (Fuitne) heri tempestas procellosa? — Procellosa (fuit *or* erat). — Cur non rus ivisti? — Non ivi, quod (quia) cœlum erat procellosum. — Isne tu hodie mane in forum? — Cogito eo ire, si tempestas non est procellosa. — Cogitasne hodie mane mecum jentare (jentaculum sumere)? — Cogito tecum jentare, si esurio.

## 107. DICTATA CENTESIMA SEPTIMA.

Cogitatne Polonus de hoc vino (hoc de vino) bibere? — Bibere de eo cogitat, si sitit. — Delectarisne ire pedibus, iter faciens (quum itinera facis)? — Pedibus ire non delector. — Ecquid iter fecisti in Italiam pedibus? — Non ivi pedibus, quia viæ nimis lutulentæ erant. — Num in rhedâ (or curru) invehi delectaris? — Immo vero ego equo vehi delector. — Invectus est consobrinus tuus aliquando equo? — Non unquam (nunquam) invectus est equo. — Equitavistine nudius tertius? — Immo ego hodie equitavi. — Ecquid frater tuus tam sæpe equitat, quam tu? — Sæpius equitat, quam ego. — Tune interdum equitavisti (Vectusne es interdum equo)? — Nunquam equitavi (equo vectus sum). — Ecquid vis in rhedâ (curru) rus vehi hodie? — Immo vero equo eo vehi volo (eo equitare volo). — Delectarisne itinera facere? — Non delector. — Num pater tuus delectatur itinera facere hieme? — Non delectatur itinera facere hieme; itinera facere vere atque æstate delectatur. — Estne jucundum, iter (or itinera) facere vere? — Jucundum est iter facere vere et auctumno, sed injucundum est iter facere hieme et æstate. — Fecistine (Faciabasne) interdum itinera hieme? — Sæpe ego itinera feci et hieme et æstate (hieme non minus, quam æstate). — Peregrinatur frater tuus sæpe (frequenter)? — Non amplius peregrinatur; multum autem quondam peregrinatus est. — Quo tempore tu equo invehi (equitare) delectaris? — Ego equo vehi (equitare) delector mane post jentaculum sumptum. — Jucundumne est iter facere ruri? — Jucundum est (iter facere ibi). — Quorsum curritur? — Curritur in forum. — Ventumne est in domum? — Nondum ventum est. — Ridebaturne in theatro? — Vero, ridebatur et clamabatur. — Diciturne, eum advenisse (Diciturne advenisse)? — Non, dicitur, eum ruri mansisse (se tenuisse) or dicitur ruri mansisse. — Jucundumne est hodie pedibus ire? — Non jucundum est. — Quando ortus est ventus? — Ortus est hodie mane horâ quartâ.

## 108. DICTATA CENTESIMA OCTAVA.

Visne fratri meo librum unum aliquem commodare? — Commodavi ei jam unum (ego ei jam jam unum commodavi). — Visne ei uno amplius (plus) commodare? — Immo ei duobus

plus commodare volo (non nolo). — Dedistine aliquid pauperibus? — Dedi vero iis pecuniam. — Quantum pecuniæ tibi dedit frater tuus? — Pauxillum (paulum) tantum dedit; non dedit mihi nisi duos thaleros. — Quot annos habet (Quotum annum agit) frater tuus? — Viginti annos habet (Annum agit vicesimum). — Esne tu (Tun' es) ejusdem ætatis cum eo (Esne tu tam grandis natu, quam ille (or is)? — Immo vero ego minor natu sum. — Quotum annum agis? — Ego vix duodeviginti annos habeo (natus sum). — Tu quot annos habes (natus es)? — Ego circiter duodecim annos habeo (natus sum). — Egone te minor natu sum? — Haud (Non) scio. — Quotum annum vicinus noster agit? — Tricesimum pæne annum agit (Vix triginta annorum est). — Suntne amici nostri ejusdem ætatis nobiscum? — Immo majores nobis natu sunt. — Quot annos (annorum) habent? — Alter undeviginti annos habet, alter viginti. — Estne pater tuus ejusdem ætatis cum meo (æque grandis natu atque meus)? — Immo ille tuo major natu est. — Legistine librum meum? — Nondum legi (perlegi). — Perlegitne (Conclisitne\*) amicus tuus librum suum? — Vero, prope perlegit. — Intelligisne quod tibi dico (Capisne meam sententiam)? — Intelligo quod mihi dicis (Capiro). — Intelligitne Anglus ea, quæ nos ei dicimus (Capitne Anglus sententiam nostram)? — Intelligit (Capit). — Comprehenditisne, quæ vobis dicimus (dicamus)? — Comprehendimus. — Eequid tu linguam Germanicam intelligis? — Nondum intelligo, sed (verum) disco. — Intelligimusne, quod (= id quod or ea quæ) dicunt (dicant) Angli? — Non intelligimus (Sententiam eorum non capimus). — An Germani, quod nos dicimus (dicamus), intelligunt? — Vero, intelligunt. — Nosne, quæ illi dicant, comprehendimus? — Vix comprehendimus. — Audisne strepitum? — Nihil audio. — Audivisti ventorum strepitum? — Audivi (Audi). — Quid tu audis? — Latratum canum (or Canes latrantes) audio (accipio). — Cujus est hicce canis? — Canis est Scoti.

### 109. DICTATA CENTESIMA NONA.

Ubi est frater tuus? — Londini est. — Non Berolini erat? — Non, Carthagine erat. — Tun' unquam Syracusis fuisti? — Nunquam ego Syracusis fui, verum (sed) Romæ. — Estne ami-

\* The former to finish reading, the latter generally.



cus tuus Novo Eboraco? — Non, Athenis est. — Cogitasne in Italiam proficisci? — Immo ego Romam et Athenas proficisci cogito. — Ubi (Quo loco) studet filius tuus litteris? — Lutetiæ (Parisiis) studet. — Revertitne ex Asiâ? — Non adhuc (Nondum) revertit. — Unde venit? — Venit Lutetiâ (Parisiis *or* Lutetiâ Parisiorum) Londinum. — Et ego ex Germaniâ veni in Americam. — Ecquid (Numquid) baculum tuum amisisti (perdidisti)? — Non amisi (perdidi). — Amisitne servus tuus schedulam meam? — Amisit. — Ubi mansisti? — Domi mansi (me tenebam). — Perdedit pater tuus aleâ tantam pecuniam, quantum ego? — Plus ejus ille perdidit, quam tu. — Quantum ego aleâ perdidit? — Tu vix unum thalerum perdidisti. — Ubi (Quo loco) mansit (moratus est) frater tuus? — Domi mansit (moratus est). — Manseruntne (Moratine sunt) amici tui ruri? — Manserunt (Commorati sunt). — Esne tu (Tun' es) æque doctus, atque medicus Anglus? — Non ego æque doctus sum. — Æquene doctus est medicus Francogallus ac tu (atque tu, quam tu *or* tecum)? — Immo doctior est, quam ego sum. — Ecquis (Numquis) doctior est, quam medici Francogallici? — Nemo doctior est, quam illi sunt. — Perlegeruntne fratres tui libros meos? — Nondum (eos) perlegerunt. — Quam multos eorum perlegerunt? — Vix duo eorum perlegerunt. — Abstulitne tibi hortulani mei filius aliquid? — Libros (meos) mihi abstulit (dempsit). — Quid tu ei (*or* ab eo) abstulisti (dempstisti)? — Nihil ab eo abstuli. — Dempstine ille (Abstulitne) tibi pecuniam? — Dempst (Abstulit) vero (mihi nonnullum). — Quantum pecuniam (Quantum pecuniæ) tibi dempsit (tibi *or* a te abstulit). — Dempst mihi (Abstulit a me) duos fere thaleros.

## 110. DICTATA CENTESIMA DECIMA.

Cur tu hominem illum amas? — Ego eum amo, quod bonus est. — Quam ob rem vicinus noster canem suum verberat? — Quod (*or* Propterea, quia) puerculum ejus momordit (morsu vulneravit). — Quâ de causâ pater noster me amat? — Te ob eam causam amat, quod bonus es. — Amantne nos amici nostri? — Nos idcirco amant, quia boni sumus. — Cur mihi vinum affers? — Tibi affero propterea, quia sitis. — Quam ob rem bibit pileorum opifex? — Bibit propterea, quod sitit. — Videsne nautam, qui in nave est? — Ego non eum, qui in nave est, video, verum illum, qui in campo (loco publico) est. — Legisne illos libros, quos pater meus tibi dedit? — Vero, eos

lego. — Novistine eos Italos, quos nos novimus? — Non novimus eos (illos), quos vos novistis, novimus autem alios. — Emisne equum, quem vidimus? — Ego non eum, quem vidimus, emo, verum alium. — Quærisne, quod amisisti (perdidisti)? — Quæro. — Invenis (Reperis) hominem, quem quæsivisti? — Eum non invenio (reperio). — Occiditne lanus bovem, quem in foro emit? — Occidit. — Ecquid coqui nostri gallinas, quas emerunt (emere), occidunt? — Vero, eas occidunt. — Reparatne pileorum opifex pileum eum, quem ego ei misi? — Reparat (Reficit). — Ecquid sutor caligas, quas ei misisti, reficit? — Eas non reficit propterea, quia detritæ sunt. — Jacetne toga tua in sellâ? — Jacet, vero. — Jacetne (Positane est) in sellâ, cui ego eam imposui? — Non, in aliâ jacet (posita est). — Ubi est pileus meus? — In conclavi est, ubi (*or* in quo) tu eum vidisti. — Opperirisne (Manesne) aliquem? — Neminem opperior (maneo). — Manesne hominem, quem ego hodie mane videbam? — Maneo. — Ecquid librum tuum opperiris? — Opperior. — Expectasne patrem tuum hodie vesperi? — Expecto. — Quotâ horâ in theatrum ivit? — Ivit eo horâ septimâ. — Quotâ horâ inde revertitur? — Revertitur inde horâ undecimâ. — Revertitne quæsitor tuus a foro? — Nondum revertit. — Quotâ horâ revertit frater tuus rure? — Revertit (Rediit) inde decimâ horâ vesperi.

### 111. DICTATA CENTESIMA UNDECIMA.

Quâ (Quotâ) horâ tu amici tui domo revertisti? — Ego inde horâ undecimâ mane reverti (redii). — Mansistine (Commoratusne es) diu cum eo? — Mansi (commoratus sum) cum eo circa unam horam. — Quam diu in saltatione manere (saltationi adesse *or* interesse) cogitas? — Ego aliquot momenta manere cogito. — Quam diu Anglus tecum commoratus est? — Commoratus est mecum (per) duas horas. — Diune tu rure manere (morari) cogitas? — Immo per æstatem manere (morari) cogito. — Quam diu fratres tui in urbe mansere (commorati sunt)? — Commorati sunt (Permanserunt) ibi per hiemem. — Quantam pecuniæ ego tibi debeo? — Non mihi multum ejus debes. — Quantum tu sartori tuo debes? — Non debeo ei nisi quinquaginta thaleros. — Quantum tu sutori tuo debes? — Debeo ei jam septuaginta thaleros. — Egone tibi quidquam (aliquid) debeo (Numquid tibi debeo)? — Nihil debes. — Quam multum tibi debet Francogallus? — Debet mihi plus,

quam tu. — Tantumne tibi debent Angli, quantum Hispani? — Vix tantum debent. — Debeone tibi tantum (pecuniæ), quantum frater meus? — Immo mihi plus (majorem) debes, quam ille. — Debent tibi amici nostri tantum, quantum nos (debemus)? — Tu mihi minus (minorem pecuniam) debes, quam illi. — Quâ de causâ tu mercatori das pecuniam? — Do ei aliquantum propterea, quod mihi muccinia vendidit. — Cur non (Quin) bibis? — Ego ideo non bibo, quia non sitio. — Quid (causæ) est, quod tæniam tollas? — Ego eam idcirco tollo, quia mihi opus est. — Quid est, cur isti (homini) pecuniam commodes? — Commodo ei propterea, quod ejus indiget. — Quam ob rem frater tuus operam dat litteris? — Operam idcirco litteris dat, quia linguam Latinam (*or Latine*) discere cupit. — Sitisne? — Ego non sitio, quippe qui biberim. — Bibit jam consobrinus tuus? — Nondum bibit; nondum (non adhuc) sitit. — Ostenditne (Monstratne) tibi famulus cubiculum, quod everrit (scopis purgat)? — Ostendit (Monstrat) mihi non id, quod nunc everrit, verum illud, quod heri everrit (everrebat). — Jentasne ante, quam in publicum prodis? — Immo vero in publicum prodeo, prius quam jento (jentaculum sumo). — Quid agit (facit *or* facere solet) frater tuus ante, quam epistolas suas scribit? — Chartam, atramentum et pennas (calamos) emit (emere solet), priusquam (antequam) eas scribit.

## 112. DICTATA CENTESIMA DUODECIMA.

Ubi habitas? — In plateâ habito (domicilium habeo). — Quo loco pater tuus habitat? — In \* amici sui domo habitat (Apud amicum suum domicilium habet). — Ubi domicilium habent fratres tui? — Domicilium habent in plateâ numero centesimo vicesimo. — Habitasne apud patruelem (consobrinum) tuum? — Apud eum (in domo ejus) habito. — Habitat ne etiamnunc, ubi (quondam) habitabat? — Non amplius habitat, ubi quondam habitabat. — Ubi in præsentia (*or* nunc) habitat? — In viâ Wilhelminâ numero centesimo quinto decimo habitat (domicilium habet). — Ubi est frater tuus? — In hortis (hortulo *or* horto †) est. — Quo ivit consobrinus tuus? — In hortos iniit. — Ivistine heri ad spectaculum? — (Eo)

\* See Grammar, page 652, Rem. 1-3.

† Grammar, page 71, D.

ivi. — *Ecquid amicum meum vidisti?* — (Eum) vidi. — *Quando eum vidisti?* — *Ego eum hodie mane vidi.* — *Quorsum ivit?* — *Non scio (Haud scio or Nescio.)* — *Detersitne servus vestes meas penicillo?* — *Vero, eas detersit.* — *Everritne cubiculum meum?* — *Everrit.* — *Quam diu hic permansit?* — *Usque ad meridiem.* — *Quam diu (Quo usque) scripsisti?* — *Ego usque ad mediam noctem scripsi.* — *Quam diu (Quo usque) ego laboravi?* — *Tu usque ad quartam horam mane laboravisti (laborabas).* — *Quam diu (Quo usque) frater meus apud te moratus est?* — *Moratus est (Permansit) apud me usque ad vesperam.* — *Quo usque (Quam diu) laborabas?* — *Ego adhuc (adhuc usque) laborabam.* — *Diune etiam tibi scribendum est?* — *Scribendum est mihi usque ad diem perendinum.* — *Laborandumne est medico etiam diu?* — *Laborandum est ei usque ad diem crastinum.* — *Morandumne mihi hic est diu (longum tempus)?* — *Morandum tibi est usque ad diem solis.* — *Oportetne fratrem meum longum tempus apud te manere?* — *Manere eum portet apud me usque ad diem lunæ.* — *Quam longum tempus (Quam diu or Quousque) mihi laborandum est (me laborare oportet)?* — *Laborandum tibi est (Laborare te oportet) usque ad diem perendinum.* — *Estne tibi diu (longum tempus) loquendum (dicendum)?* — *Loquendum mihi est unam etiam horam.* — *Locutusne es longum tempus?* — *Locutus sum usque ad diem proximum (posterum).* — *Mansistine diu (longum tempus) in cubiculo meo?* — *Mansi ibi usque ad momentum præsens.* — *Ecquid tibi longum tempus (diu) hac in domo habitandum est?* — *Vero, est mihi in eâ longum etiam tempus habitandum.* — *Quousque tibi etiam in eâ habitandum est?* — *Usque ad diem solis.* — *Quot triumphas triumphavit Dentatus?* — *Triumphavit eorum novem.* — *Qualem vitam vivit pater tuus?* — *Otiosam atque tranquillam vitam vivit.* — *Quis Turnum saltare solitus est (solebat)?* — *Romani (eum saltare) solebant (soliti sunt).*

### 113. DICTATA CENTESIMA TERTIA DECIMA.

*Habitatne amicus tuus apud te (tecum) etiamnunc?* — *Apud me (Mecum) non amplius habitat.* — *Quam diu (Quam longum tempus) tecum habitabat?* — *Unum tantum annum mecum habitabat.* — *Quam longum tempus tu in saltatione permanebas (saltationi aderas)?* — *Permanebam (Aderam) usque ad mediam noctem.* — *Quam longum tempus in curru*

mansisti? — Ego per unam horam in eo mansi. — Perman-  
sistine in hortis adhuc usque? — Vero, adhuc usque in iis  
permansi. — Venitne centurio hucusque (ad hunc usque lo-  
cum)? — Venit vero hucusque (hactenus). — Quousque venit  
mercator? — Usque ad terminum viæ venit. — Venitne Tur-  
ca usque ad extremam silvam? — Venit vero usque eo (ad  
illum usque locum). — Quid facis (agis) mane? — Lego  
(Libros lego). — Et quid facis (agis) postea? — (Deinde) jen-  
taculum sumo et laboro. — Jentasne, antequam (libros) legis?  
— Non, domine; ego libros lego ante, quam jento. — Ludisne,  
quum laborare debeas? — Immo tantum abest, ut ludam, ut  
laborem (Immo vero laboro potius, quam ludo). — Itne (Adit-  
ne) frater tuus ad spectaculum, quum in hortos ire debeat? —  
Non it (adit) ad spectaculum. — Quid agis vesperi? — Labo-  
ro (Opus facio *or* Operor). — Quid egisti (fecisti) hodie ves-  
peri? — Ego vestes tuas (vestimenta tua) peniculo deteresi  
(extersi) et in theatrum inii. — Moratusne es in theatro longum  
tempus (*or* diu)? — Immo vero pauca tantum momenta  
(ibi) moratus sum. — Visne hic expectare (opperiri)? —  
Quam diu expectare (opperiri) me oportet? — Expectare tē  
oportet, donec (dum) pater meus revertatur (redeat). — Venit-  
ne aliquis (Ecquis venit)? — Venit vero aliquis. — Quid sibi  
voluerunt? — Ad te loqui (Tecum colloqui) voluerunt. — Op-  
periri non voluerunt? — Nolunt opperiri. — Quid homini illi  
dicis? — Dico ei, ut opperiat (expectet). — Ecquid me diu  
(longum tempus) mansisti (oppertus es)? — Ego te unam  
horam (totam horam) mansi (oppertus *or* opperitus sum). —  
Potuistine meam epistolam legere? — Potui (eam legere). —  
Ecquid eam intellexisti? — Vero, eam intellexi. — Eccui eam  
ostendisti (Ostendistine eam alicui)? — Ego eam nemini (nul-  
li) ostendi. — Attuleruntne vestes meas (Ecquid vestimenta  
mea allata sunt)? — Nondum ea attulere (Nondum *or* non  
adhuc allata sunt). — Num cubiculum meum everrerunt et  
vestes meas peniculo exterserunt (Eversumne est cubiculum  
meum et extersæne sunt penicillo vestes meæ)? — Non adhuc  
fecerunt (Nondum factum est).

#### 114. DICTATA CENTESIMA QUARTA DECIMA.

Cleptumne tibi aliquid (Surreptumne tibi est aliquid)?  
— Cleptum mihi (a me) omne bonum vinum (Surreptum  
est mihi omne bonum vinum). — Furatine sunt aliquid patri

tuo (a patre tuo)? — Vero, omnes ejus libros bonos furati sunt (Surrepti sunt ei omnes ejus libri boni). — Numquid furaris (clepis, surripis)? — Nihil furor (clepo, surripio). — Numquid tu unquam furatus es (Clepsistine aliquando aliquid)? — Nunquam ego quidquam furatus sum (or clepsi or surripui). — Clepseruntne tibi (a te) mala tua (Cleptane tibi mala tua sunt)? — Clepserunt (Clepta sunt). — Quid mihi (a me) furati sunt (clepserunt)? — Clepserunt tibi omnes libros bonos. — Quando tibi currum (rhedam) surripuerunt? — Surripuerunt mihi eum (eam) nudius tertius. — Clepseruntne unquam (aliquando) aliquid a nobis? — Nunquam a nobis quidquam clepserunt. — Bibitne (Potavitne) faber tignarius omne vinum? — Bibit (Potavit). — Laceravitne puer tuus omnes libros suos? — Omnes laceravit. — Quam ob rem eos laceravit? — Propterea, quia litteris studere non vult. — Quantam pecuniam tu aleã perdidisti? — Omnem ego meam pecuniam perdidisti. — Scisne, ubi pater meus sit? — Nescio (Non or haud scio). — Tunc librum meum non vidisti? — (Eum) non vidi. — Scisne, quomodo hoc vocabulum scribitur? — Scribitur hoc pacto. — Tingisne aliquid (Inficisne aliquid colore)? — Vero, pileum meum tingo (colore inficio). — Quo colore eum inficis (tingis)? — Ego eum colore nigro (atro) inficio (tingo). — Quo colore tu vestes tuas inficis (tingis)? — Inficio (Tingo) eas flavo colore. — Pœnitetne te? — Me non pœnitet. — Pigetne eum? — Piget eum valde. — Nonne eos pudet? — Vero, eos et pudet et tædet. — Juvatne te, fratrem tuum advenisse (quod frater tuus advenit)? — Vero, me valde juvat. — Scisne, librum tuum surreptum (cleptum) esse? — Me non fugit (præterit) eum surreptum esse. — Loquerisne ad me? — Non ad te loquor, verum ad peregrinum stantem juxta te.

### 115. DICTATA CENTESIMA QUINTA DECIMA.

Curasne riscum tuum colore inficiendum? — Curo. — Quo colore eum inficiendum curas? — Colore eum viridi inficiendum curo. — Quo colore tu tibialia tua lintea inficienda curas? — Ego ea albo (candido) colore inficienda curo. — Curatne consobrinus tuus muccinium suum colore inficienda? — Curat (id tingendum). — Ecquid id colore rubro inficiendum curat? — Immo id cano colore inficiendum curat. — Quo colore togas suas inficiendas curavere amici tui? — Colore viridi infici-

endas eas curavere. — Quo colore Itali rhedas suas inficiendas curaverunt? — Curaverunt eas inficiendas cæruleo colore. — Quid pilei habet homo nobilis (eques)? — Duos pileos habet, album et nigrum. — Habeone ego pileum? — Immo diversos habes. — Infecitne jam colore tinctor tuus focale tuum? — Infecit (Tinxit). — Quo colore id tinxit (infecit)? — Flavo colore tinxit (infecit). — Suscipisne aliquando peregrinationes (Facisne nonnunquam itinera)? — Sæpe suscipio (Frequenter facio). — Quo ire (tendere) hac æstate cogitas? — In Germaniam ire (tendere) cogito. — Nonne in Italiam is (tendis)? — Eo (Tendo). — Fecistine aliquando itinera? — Nunquam feci. — Estne amicis tuis propositum in terram Bataavorum (in Hollandiam) ire? — Est eis propositum eo ire. — Quando proficisci cogitant? — Perendino die proficisci cogitant. — Profectus jam est frater tuus in Hispaniam? — Nondum eo profectus est. — Esne tu in Hispaniã peregrinatus? — Vero, ibi peregrinatus sum. — Quando proficisceris? — Crastino tempore (Cras) proficiscor. — Quotã horã? — Quintã (horã) mane. — Detrivistine usu omnes tuas caligas? — Detrivi, vero, omnes. — Quid fecerunt (fecere) Turcæ? — Naves nostras bonas omnes combusserunt. — Conclusistine omnes tuas litteras? — Ego eas omnes conclusi. — Quousque iter fecisti? — Iter feci usque in Germaniam. — Fecitne ille iter usque in Italiam? — Immo iter fecit usque in Americam. — Quousque ivere (iverunt) Hispani? — Usque Londinum iverunt. — Quousque venit homo iste pauper? — Hucusque (ad hunc usque locum) venit. — Venitne usque domum tuam? — Immo usque in patris mei domum venit.

#### 116. DICTATA CENTESIMA SEXTA DECIMA.

Vocasne me? — Vero, te voco. — Ubi es? — In monte sum (In summo monte sum); venisne sursum (ascendisne)? — Sursum non venio (Non ascendo). — Quo loco tu es (Tu quo loco es)? — Sub radicibus montis sum; visne descendere (num deorsum venire vis)? — Descendere non possum (nequeo, non queo). — Cur non (*or* Quin) descendere potes? — Propterea, quod pedibus ægroto. — Quo loco (Ubi) habitat consobrinus tuus? — Citra flumen habitat. — Ubi (situs) est mons? — (Situs) est trans flumen (fluvium). — Quo loco stat (sita est) amici nostri domus? — Trans (ultra) montem stat (sita est). — Estne amici tui hortus citra silvam, an ultra? —

Ultra est. — Num ultra viam (sita) est cella penaria nostra? — Immo citra sita est. — Quo loco (Ubi) tu hodie mane fuisti? — Ego magno in monte fui. — Quam sæpe (or Quoties) montem ascendisti? — Ter ascendi. — Utrum pater noster est infra an supra (or in inferiore an in superiore parte)? — Supra (In superiore parte) est. — Ecquid tibi vicini pueri libros tuos reddidere (restituerunt)? — Reddidere (Restituerunt). — Quando tibi eos restituerunt (reddiderunt)? — (Restituerunt eos) heri. — Cui baculum tuum (dono) dedisti? — Dono id dedi viro nobili (or equiti). — Cui digitabula sua donaverunt viri nobiles? — Donaverunt ea Anglis (iis Anglos). — Quos Anglorum iis donaverunt? — Eos, quos hodie mane apud me (domi meæ) vidisti. — Quibus hominibus tu pecuniam das? — (Ego do) iis, quibus tu das. — Dasne tu alicui pecuniam? — Do vero iis, qui eã indigent. — Quis te musicam docuit? — Nemo; ego musicam nunquam didici. — Celavitne te frater tuus consilium suum? — Non celavit (celabat). — Rogavitne te aliquid? — Vero, me pecuniam rogavit (rogabat). — Quid te peregrinus percontatus est (percontabatur)? — Me viam percontatus est (percontabatur). — Quem tu præceptorem habuisti? — Ego præceptores habui unum Anglum et alterum Germanum.

### 117. DICTATA CENTESIMA SEPTIMA DECIMA.

Accepistine munera (dona)? — Accepi nonnulla. — Quid donorum (munera) accepisti? — Pulchra dona (munuscula) accepi. — Accepitne fraterculus tuus aliquid dono? — Diversa munera (dona) accepit. — A quo accepit? — Accepit nonnulla a patre meo et a tuo. — Venisne tu ex hortis? — Non ex hortis, verum domo venio. — Quorsum is? — In hortos eo. — Unde (Ex quo loco) venit Hibernus? — Ex hortis venit. — Venitne ex iisdem hortis, ex quibus (unde) tu venis (venias)? — Non ex iisdem venit. — Quibus ex hortis venit? — Venit ex illis amici nostri veteris. — Unde venit puer tuus? — De spectaculo (theatro) venit. — Quanti pretii est ille currus? — Quingentorum thalerum est (Quingentis thaleris valet). — Valetne hicce liber tanti, quanti ille? — Immo pluris valet. — Quanti pretii equus meus est (Quanti equus meus valet)? — Tanti valet (est), quanti ille amici tui. — Tantine valent equi tui, quanti illi Francogallorum? — Non tanti valent (Minoris pretii sunt). — Quanti pretii est iste



culter? — Nullius pretii est (Nihilo valet). — Estne servus tuus tanti, quanti meus? — Immo melior tuo est (Melior est, quam tuus). — Esne tu tanti, quanti frater tuus? — Immo ille melior (pluris) est, quam ego. — Esne tanti, quanti consobrinus tuus? — Tanti sum. — Ecquid nos tanti sumus, quanti vicini nostri (sunt)? — Immo pluris (meliores) sumus. — Num umbraculum tuum tanti valet (est), quanti meum? — Minoris valet (est). — Cur non tanti est, quanti meum? — Propterea, quia non æque elegans est, quam (ac, atque) tuum. — Visne equum tuum vendere? — Volo eum vendere. — Quanti pretii est? — Ducentorum florenorum est (Ducentis florenis valet). — Cupisne (eum) emere? — Non, ego jam unum emi. — Cogitatne pater tuus equum (aliquem) emere? — Cogitat quidem unum emere, sed non tuum.

### 118. DICTATA CENTESIMA DUODEVICESIMA.

Erasne heri in domo medici? — Eram in domo ejus. — Quid dicit (ait)? — Dicit, se non venire posse. — Cur non (Quin) mittit filium suum? — Filius ejus in publicum non prodit. — Cur non in publicum prodit? — Quia ægrotus est. — Habuistine (Habebasne) marsupium meum? — Affirmo tibi, me id non habuisse. — Vidistine id? — (Id) vidi. — Ubi est? — In sellâ jacet (posita est). — Habuistine meum cultrum? — Affirmo tibi, me eum habuisse. — Ubi eum posuisti? — Posui eum in mensâ (Imposui eum mensæ). — Visne eum quærere? — (Ego eum) jam quæsivi. — Reperistine (eum)? — (Eum) non reperi. — Quæsivistine digitabula mea? — Quæsivi quidem, sed ea non reperi. — Habetne servus tuus pileum meum? — Habuit eum, sed non amplius (non jam) habet. — Extersitne eum penicillo? — Extersit. — Suntne libri mei super mensâ tuâ? — Sunt (Positi sunt) super eâ. — Estne tibi vinum? — Non est mihi nisi pauxillum, sed (tamen) tibi dare volo, quod habeam. — Visne mihi aquam dare? — Dare tibi non nolo. — Habesne multum vini? — Multum habeo. — Visne mihi aliquantum ejus dare? — Volo tibi (ejus aliquantum) dare. — Quantum (pecuniæ) tu mihi debes? — Nihil tibi debeo. — Perbenigne! *or* Facis amice! — Oportetne me afferre vinum? — Oportet aliquantum afferas. — Oportetne ego eam saltatum? — Necesse est eas. — Quo tempore (Quando) me ire oportet? — Te ire oportet hodie vesperi. — Oportetne me arcessere fabrum tignarium? —

Oportet eum arcessas. — Necessene est ire in forum? — Necesses est eo ire. — Quid faciendum est, ut linguam Russicam discamus (ut aliquis ling. Russ. discat\*)? — Opus est multā diligentīā. — Opusne est multā diligentīā, ut linguam Germanicam discamus (ut aliquis ling. Germ. discat)? — Opus est multā. — Quid mihi faciendum est? — Emendus tibi est liber bonus (Te librum bonum emere oportet *or* Necesses est emas librum bonum). — Quid ei faciendum est? — Necesses est sedeat quietus (Oportet eum sedere quiete). — Quid nobis faciendum est? — Laborandum est vobis. — Estne tibi multum laborandum, ut linguam Arabicam discas? — Multum mihi laborandum est, ut eam discam. — Non laborat frater tuus? — Deest ei voluntas laborandi. — Habetne ad sumptum (*or* unde vivat)? — Habet. — Cur me in forum ire oportet (Quam ob rem eundem est mihi in forum)? — Te eo ire oportet, ut bubulam emas. — Cur mihi operandum est? — Operandum tibi est, ut ad sumptum habeas. — Quid vis (Quid tibi opus est), domine? — Pannum opto (Opus est mihi panno). — Quanti pretii est ille pileus? — Tribus thaleris valet. — Opusne tibi sunt tibialia? — Opus sunt mihi aliquot. — Quanti pretii sunt illa tibialia? — Duodecim kreutzeris valent. — Non est tibi opus nisi hoc (Numquid aliud vis)? — Non est mihi opus nisi hoc (Aliud nihil cupio). — Non tibi calcei opus sunt? — Non mihi ulli opus sunt. — Egesne multā pecuniā? — Multā egeo. — Quantum tibi ejus opus est (Quantum ejus habeas necesse est)? — Opus sunt mihi sex thaleri (Necesses est habeam sex thaleros). — Quantum fratri tuo opus est? — Non ei opus sunt nisi sex grossi (Sex tantum grossis eget). — Non est ei opus plus (Non majore, *sc.* pecuniā, indiget)? — Non est ei opus plus (Majore non indiget). — Indigetne consobrinus tuus majore pecuniā (Estne consobrinus tuo opus plus)? — Non tantā eget, quantā ego (Non opus est ei tantum, quantum mihi). — Quid tibi opus est? — Opus sunt mihi pecunia et calcei (Pecuniā et calceis indigeo). — Habesne nunc, quod tibi opus sit (quæ tibi opus sint)? — Habeo, quod mihi opus est (quæ mihi opus sunt). — Habetne frater tuus, quæ ei opus sint? — Habet, quæ ei opus sint (sunt).

\* Compare Grammar, page 330, D.

## 119. DICTATA CENTESIMA UNDEVICESIMA.

Habemus nos, quod nobis opus sit (est)? — Non habemus, quod nobis opus sit (est). — Quid nobis opus est? — Opus est nobis domo pulchrâ, hortis amplis, rhedâ formosâ, equis bellis (venustis), diversis (or aliquot) servis, multâque pecuniâ. — Non est nobis opus nisi hoc? — Nihil nobis opus est nisi hoc. — Quid mihi faciendum est? — Scribenda tibi est epistola. — Ad quem epistola mihi danda est? — Danda est tibi epistola ad amicum tuum. — Eundumne est mihi in forum? — Licet tibi eo ire. — Visne patri tuo dicere, me hic eum expectare (opperiri)? — Volo ei dicere (nuntiare). — Quid patri tuo dicere (nuntiare) vis? — Dicere (nuntiare) ei volo, te hic eum expectare (opperiri). — Quid famulo meo dicere vis? — Dicere ei volo, te epistolam tuam conclusisse. — Solvistine pretium mensæ tuæ (pro mensâ tuâ)? — Solvi (pro eo). — Solvitne patruus tuus libri pretium (pro libro suo)? — Solvit (pro eo). — Solvine ego sartori pretium vestium mearum (pro vestimentis meis)? — Solvisti (ei pro iis). — Num tu mercatori pretium equi solvisti? — Nondum solvi. — Solvimusne pro digitabulis nostris? — Vero, (pro iis) solvimus. — Ecquid jam solvit consobrinus tuus pro caligis suis (pretium caligarum suarum)? — Nondum solvit (pro iis). — Solvitne tibi frater meus, quod tibi debet (debeat)? — Solvit. — Solvisne, quod debeas (debes)? — Vero, solvo, quod debeo (Debita or debitum solvo). — Solvistine pistori (or acc., pistarem)? — Vero, ei (or eum) solvi. — Solvitne patruus (avunculus) tuus lanio pro carne (or carnis pretium)? — Solvit (ei pro eâ). — Solvistine famulo tuo operæ pretium (or mercedem suam)? — Solvi. — Ecquid tibi solvit dominus tuus mercedem? — Solvit (mihi eam). — Quando tibi eam solvit? — (Solvit mihi eam) nudius tertius. — Quid ab hocce homine postulas (petis)? — Postulo ab eo librum meum. — Quid me puer iste rogat? — Te pecuniam rogat (mendicat). — Rogasne me aliquid (Ecquid tu a me petis)? — Te unum thalerum rogo (Peto a te unum thalerum). — Rogasne me panem (Postulasne a me panem)? — Rogo (te eum). — Rogantne te pauperes pecuniam? — Vero, me aliquantulum rogant (mendicant). — Quem hominem tu pecuniam rogas (A quo tu pecuniam petis or postulas)? — Ego illum, quem tu rogas, aliquantulum rogo (Peto ab eo, a quo tu petis).

## 120. DICTATA CENTESIMA VICESIMA.

A quo tu saccharum postulavisti (Quem saccharum rogavisti)? — A mercatore aliquantum postulavi (Mercatorem rogavi). — Quem pecuniam rogaverunt (mendicaverunt) pauperes? — Homines nobiles nonnihil rogaverunt (mendicaverunt). — Quos hominum nobilium rogaverunt? — Eos, quos novisti, aliquantum rogaverunt. — Cui tu carnis pretium solvis (pro carne solvis)? — Ego laniis solvo (Laniis pro eā solvo). — Cui frater tuus caligarum pretium solvit (pro caligis solvit)? — Sutori (Sutorem) solvit. — Quem nos pro pane solvimus (Cui nos panis pretium solvimus)? — Pistorem nostrum pro eo solvimus (Pistori nostro solvimus). — De quo locuti sunt homines? — De amico nostro locuti sunt. — Ecquid loquuntur homines de libro meo? — Vero, loquuntur. — Quā de re nos loquimur? — De bello loquimur (colloquimur). — Vosne non de pace loquimini? — Non loquimur (colloquimur) de eā. — Probasne discipulos tuos? — Probo (Eos approbo). — Quot annos habes? — Vix decem annos habeo. — Ecquid frater tuus Latine (linguam Latinam) scit? — Non scit. — Cur (eam) non scit (Cur ejus non sciens est)? — Propterea, quod eam non didicit. — Cur eam non didicit? — Quia otium (spatium, tempus) ei defuit. — Estne pater tuus domi (Domine est pater tuus, or Num domi est pater tuus)? — Non est; in Angliam profectus est. — Cogitasne hac ætate in Italiam ire (proficisci)? — Cogito eo ire (proficisci). — Estne tibi propositum morari ibi longum tempus? — Mihi per ætatem morari propositum est. — Quam dudum (Quo usque) frater tuus domi manet (se domi tenet)? — Usque ad horam duodecimam (ad meridiem). — Curastine digitabula tua colore inficienda? — Vero, (ea inficienda) curavi. — Quo colore ea inficienda (tingenda) curavisti? — Ego ea colore fusco inficienda curavi. — Visne patri tuo dicere (nuntiare), me hic fuisse (me adfuisse)? — Volo ei dicere (nuntiare). — Non vis opperiri (expectare), dum (donec or quoad) revertatur? — Opperiri non possum (nequeo).

## 121. DICTATA CENTESIMA UNA ET VICESIMA.

Jamne cœnavisti? — Nondum cœnavi. — Quā (Quotā) horā cœnas (cœnare soles)? — Ego horā sextā cœno (cœnare

soleo). — Apud quem cœnas? — Apud unum (*or* aliquem) de amicis meis cœno (cœnare soleo). — Apud quem (Quocum) heri cœnavisti? — Ego apud aliquem de cognatis meis cœnavi. — Quid edistis (manducavistis)? — Nos bonum panem, bubulam, mala, atque panificia (placentas) manducavimus (edimus). — Quid bibistis? — Bonum vinum, bonam cerevisiam, et bonum ex malis confectum vinum bibimus (potavimus). — Apud quem cœnat hodie patruus tuus? — Apud nos cœnat. — Quotâ horâ cibum vespertinum sumit pater tuus? — (Cibum vespertinum sumit) horâ nonâ. — Sumisne tu cibum vespertinum maturius, quam ille? — Immo ego serius (tardius), quam ille, cibum vespertinum sumere soleo. — Quotâ horâ jentas? — Horâ decimâ jento. — Quotâ horâ sumpstis heri cibum vespertinum? — Nos cibum vespertinum sero sumpsimus. — Quid edistis? — Paulum tantum carnis et frustulum panis edimus (Non manducavimus nisi pauxillum carnis et frustulum panis). — Quando sumpsit frater tuus cibum vespertinum? — Cibum vespertinum post patrem meum sumpsit. — Quo is (*or* Tu quo is)? — Eo ad unum ex cognatis meis, ut cum eo jentem (Jentatum eo ad unum de cognatis meis). — Cœnatisne mature? — Immo vero tarde (sero) cœnamus (cœnare solemus). — Visne digitabula mea manu tenere? — Volo ea tenere. — Quis pileum tuum manu tenuit? — Servus meus eum tenuit. — Visne conari loqui (*or* ut loquare)? — Conari non nolo. — Tentavitne fraterculus tuus aliquando pensa imperata peragere (*or* dictata scribere)? — Tentavit. — Tun' aliquando (*or* unquam) pileum conficere tentavisti? — Nunquam ego ullum conficere tentavi. — Num nos illam cerevisiam gustavimus? — Nondum gustavimus. — Quod vinum tu gustare vis? — Gustare volo id, quod tu gustavisti. — Gustaveruntne Poloni vinum illud adustum? — Gustaverunt. — Multumne de eo biberunt? — Non multum ejus (de eo) biberunt. — Visne hoc tabacum gustare? — Ego id jam jam gustavi. — Quale tibi videtur? — Videtur mihi bonum esse. — Quin illud ex malis confectum vinum gustas? — Quia non sitio (non sum sitiens). — Quid est tibi nomen? — Nomen mihi est Carolus (Carolo, Caroli). — Quid est patri tuo nomen? — Est ei nomen Wilhelmus. — Non est ei nomen Fredericus (Frederico, Frederici)? — Non, verum Jacobus (*or* Jacobus est). — Estne hoc tibi honori? — Immo vero mihi dedecori est.

## 122. DICTATA CENTESIMA ALTERA ET VICESIMA.

Quem quæris? — Hominem quæro, qui mihi equum vendidit. — Quæritne cognatus tuus aliquem? — Quærit vero unum (*or* aliquem) ex notis suis. — Quærimusne nos aliquem? — Quærimus unum de vicinis nostris. — Quem tu (Tu quem) quæris? — Ego aliquem de nostris amicis quæro. — Quærisne unum (aliquem) ex servis meis? — Immo vero ego unum ex meis quæro. — Conatusne es ad avunculum (patruum) tuum loqui? — Conatus sum ad eum loqui. — Tentavistine patrem meum videre (visere)? — Tentavi eum videre (visere). — Potuistine eum videre (Fuitne tibi potestas ejus videndi)? — Non potui eum videre (Videre eum non quivi *or* nequivi). — Quem quæris? — Ego patrem meum quæro. — Quem tu quæris? — Ego sartorem quæro. — Quæritne hic homo aliquem? — Vero, te quærit. — Ecquid te quærent? — Vero, me quærent. — Mene quærent? — Non te, verum (sed) aliquem de amicis tuis quærent. — Quærisne medicum? — Vero, eum quæro. — Quid a me petis (postulas)? — Peto a te aliquid carnis (Te carnem rogo *or* postulo). — Quid me fraterculus tuus rogat? — Rogat te aliquantulum vini et aquæ. — Rogasne (Postulasne *or* Poscisne) me plagulam chartæ? — Te unam rogo. — Quot plagulas chartæ amicus tuus postulat? — Duas postulat. — Postulasne me libellum? — Postulo. — Quid rogavit (postulavit) consobrinus tuus? — Mala aliquot et frustulum panis postulavit. — Nondumne jentavit? — Vero, jam jentavit, sed tamen etiam nunc esurit. — Quid avunculus tuus poscit (postulat)? — Scyphum vini postulat. — Quid postulat Polonus? — Scyphulum vini adusti postulat. — Adhuc non bibit? — Vero, jam bibit quidem, verum tamen sitit etiam nunc.

## 123. DICTATA CENTESIMA VICESIMA TERTIA.

Cernisne (Notasne) hominem venientem (*or* qui venit)? — Non cerno (noto). — Quid cernis (notas)? — Ego montem magnum et ædiculam cerno (observo) — Non silvam quoque cernis (percipis)? — Cerno vero et eam (Eam quoque percipio). — Notasne homines, qui in hortos ineunt? — Non cerno (noto) eos, qui in hortos ineunt, verum illos, qui ad

forum eunt. — Videsne hominem, cui ego pecuniam commodavi? — Non video eum, cui tu commodavisti, sed illum, qui tibi commodavit. — Notavistine (Observastine) domum parentium meorum? — Notavi. — Gaudesne (Delectarisne) pileo amplo? — Ego non pileo amplo, sed umbraculo magno delector. — Quid facere amas (delectaris)? — Scribere amo (delector). — Videsne puerculos illos lubens (Amasne videre puerculos illos)? — Vero, lubens eos video (Amo eos videre). — Appetisne cervisiam (Delectarisne *or* Amasne bibere cervisiam)? — Appeto (Bibere delector). — Num frater tuus vinum ex malis confectum appetit? — Non appetit. — Quid appetunt milites? — Vinum et aquam appetunt (bibere delectantur). — Utrum tu vinum appetis an aquam? — Utrumque (*or* ambo) appeto (*or* amo). — Gaudentne hi liberi studiis litterarum? — Gaudent vero et studiis litterarum et ludis (Gaudent non minus litteris studere, quam ludere). — Juvatne te legere et scribere? — Juvat me et legere et scribere (Gaudeo et legendo et scribendo). — Quam sæpe (Quoties) in die tu cibum sumere soles? — Quater. — Quotiens in die liberi tui bibunt (bibere solent)? — Iterum ac sæpius in die bibere solent. — Bibisne tam sæpe, quam (atque) illi? — Immo ego sæpius bibo. — Quoties in anno saltatum ire solet consobrinus tuus? — Bis in anno ire solet. — Isne tu tam sæpe, quam ille? — Ego nunquam eo. — Itne coquus tuus sæpe in forum? — Vero, eo it quotidie mane. — Isne sæpe ad avunculum meum (in domum avunculi mei)? — Eo ad eum (in domum ejus) sexies in anno. — Appetisne altilia? — Amo vero altilia, sed non appeto pisces. — Quid tu appetis? — Ego frustum panis et scyphum vini appeto (amo). — Quid piscium appetit frater tuus? — Esoces appetit. — Mandasne aliquid memoriæ? — Memoriæ mandare non delector. — Ecquid discipuli tui memoriæ committere delectantur? — Amant quidem operam dare litteris, sed memoriæ mandare non (minime) delectantur. — Quot in die pensa imperata peragunt (scribunt)? — Duo tantum peragunt (scribunt), sed ea bene peragunt. — Appetisne coffeam an theam? — Utrumque appeto (amo). — Legisne litteras (epistolam), quas (quam) ego ad te misi (dedi)? — Lego. — Comprehendisne eas (eam)? — Comprehendo. — Intelligisne hominem, qui tecum loquitur? — Non intelligo. — Cur eum non intelligis? — Eum idcirco non intelligo, quia nimis male loquitur. — Accepistine epistolam? — Accepi unam. — Visne ad eam rescribere (respondere)? — Rescripturus sum ad eam.

## 124. DICTATA CENTESIMA VICESIMA QUARTA.

Cogitasne hodie vesperi in theatrum ire? — Cogito inire, si tu (quoque) is. — Propositumne est patri tuo equum illum emere? — Est ei propositum eum emere, si pecuniam suam accipit (accipiat). — Propositumne est consobрино tuo in Angliam ire? — Propositum ei est eo ire, si ei solvunt (solvitur), quod ei debeant (debeatur). — Cogitasne saltatum ire? — Cogito eo ire, si amicus meus it. — Cogitatne frater tuus operam dare linguæ Germanicæ? — Operam ei dare cogitat, si doctorem bonum invenit (inveniat). — Qualis est tempestas hodie (hodierna)? — Tempestas egregia est (Sudum *or* serenissimum cœlum est). — Sudumne erat cœlum hesternum? — Immo vero mala erat heri tempestas. — Qualis erat cœli status hodie mane? — Malus erat, nunc autem cœlum serenum est. — Estne tempestas calida? — Vero, præcalida est. — Non frigida est tempestas? — Non frigida est. — Calidane tempestas est, an frigida? — Nec calida nec frigida est. — Ivistine rus nudius tertius? — Non (eo) ivi. — Cur eo non ivisti? — Eo non ivi propterea, quia mala erat tempestas. — Cogitasne cras rus ire? — Cogito eo ire, si tempestas bona (opportuna) est. — Clarumne est cubiculum tuum? — Non clarum est. — Visne in meo laborare (operari)? — Volo in eo (*or* ibi) laborare. — Estne clarum (ibi)? — Vero, admodum clarum est. — Potesne laborare (operari) in cubiculo tuo parvulo? — Laborare ibi non possum. — Cur non ibi laborare potes? — Laborare ibi ideo non possum, quia (*or* quod) nimis obscurum (cœcum) est. — Ubi nimis obscurum est? — In cubiculo meo parvo (Cubiculum meum parvum). — Clarumne est illud foramen? — Immo vero obscurum (tenebri-cosum, cœcum) est. — Siccæne sunt viæ? — Immo humidæ sunt. — Humidane est tempestas? — (Tempestas) non humida est. — Estne sicca cœli qualitas? — Vero, nimis sicca est. — Lucetne luna? — Luna (non lucet), humida est cœli qualitas. — Cur cœli qualitas sicca est? — Propterea, quod nimium solis et terra imbrium expers est. — Quando tu rus is? — Cogito eo ire cras, si tempestas serena est (sit), et si non (*or* nisi) pluit (pluat). — De quâ re loquitur patruus tuus? — De tempestate serenâ (De sudo cœlo) loquitur. — Loquimine vos de pluviâ (de imbribus)? — Loquimur (de eâ *or* de iis). — Quâ de re loquuntur illi homines? — De tempestate serenâ et malâ colloquuntur. — Nonne de vento (de ventis) col-



loquuntur? — Etiam, de eo quoque colloquuntur. — Numquid tu de patruo meo loqueris? — Non de eo loquor. — De quo loqueris? — Ego de te et de parentibus tuis loquor. — Quærisne aliquem? — Avunculum tuum quæro; estne domi (domine est)? — Non, apud amicum suum optimum (apud amicissimum suum) est.

## 125. DICTATA CENTESIMA VICESIMA QUINTA.

Didicitne (Discebatne) consobrinus tuus linguam Germanicam? — Immo adeo in morbum incidit, ut eam discere non posset (*or* non potuerit). — Didicitne eam frater tuus? — Carebat magistro (doctore) bono, ut eam discere non posset. — Isne tu saltatum hodie vesperi? — Ægroto pedibus, ut (eo) ire non possim (Ego tam (ita *or* sic) pedibus ægroto, ut non ire possim). — Intellexistine, quod Anglus ille dixit (dicebat)? — Ego linguæ Anglicæ non peritus sum (Anglice non scio), ut intelligere non potuerim. — Ecquid tu equum illum emisti? — Pecuniâ adeo carebam, ut (eum) emere non possem. — Isne rus pedibus (Pedibusne iter facis rus)? — Deest mihi pilentum, ut mihi pedibus ire necesse sit. — Vidistine hominem, a quo ego donum accepi? — (Eum) non vidi. — Vidistine equum formosum, de quo ego tecum colloquebar (collocutus sum)? — Vidi. — Veditne patruus tuus eos libros, de quibus tu cum eo sermonem habuisti (habebas)? — (Eos) vidit. — Num tu hominem vidisti, cujus liberi pœnâ affecti sunt? — (Eum) non vidi. — Quocum sermonem habebas, quum in theatro esses? — Sermonem habebam cum homine, cujus frater canem meum formosum necavit. — Vidistine puerulum, cujus pater factus est causidicus (jurisconsultus)? — (Eum) vidi. — Quem in saltatione vidisti? — Homines ibi vidi (videbam), quorum equos et pilentum tu emisti. — Quem nunc vides? — Hominem video, cujus servus speculum meum confregit. — Ecquid tu hominem audivisti (audisti), cujus amicus mihi pecuniam commodavit? — Non audivi (audii). — Quem audivisti? — Ego centurionem Francogallicum, cujus filius mihi amicus est, audivi (audii). — Extersistine penicillo togam, de quâ ego ad te locutus sum (*or* loquebar)? — Nondum (adhuc non) extersi. — Accepisti pecuniam, quâ tibi opus erat (esset)? — (Eam) accepi. — Habeone (ego) chartam, quâ indigeo? — Habes. — Habetne frater tuus libros, quibus ei opus erat? — Habet. — Habuis-

tisne sermonem cum mercatoribus, quorum tabernam nos conduximus? — Habuimus (sermonem cum iis). — Locutus es ad medicum, cujus filius operam dedit linguæ Germanicæ? — Locutus sum ad eum. — Vidistine homines (illos) pauperes, quorum domus deflagratæ (igni deletæ *or* absumptæ) sunt? — (Eos) vidi. — Perlegistisne libros, quos tibi commodavimus? — Perlegimus. — Quid de iis dicitis (sentitis)? — Optimos eos libros esse dicimus (affirmamus). — Habentne liberi tui id, quod eis opus sit? — Habent quod (quodcunque) eis opus est.

## 126. DICTATA CENTESIMA VICESIMA SEXTA.

De quo homine tu loqueris? — Loquor de illo, cujus frater inter milites relatus est (factus est miles). — De quibus liberis locutus es (loquebaris)? — Locutus sum (Loquebar) de iis, quorum parentes docti sunt. — Quem librum legisti? — Illum legi, de quo tecum heri colloquebar. — Quam chartam tenet consobrinus tuus? — Illam, quæ ei opus est (*or* quâ indiget), tenet. — Quos pisces edit (manducavit)? — Eos, quos tu non appetis, edit. — Quibus libris egēs (tibi opus est)? — Iis egeo, de quibus tu ad me locutus es. — Num egēs iis, quos ego lego? — (Iis) non egeo. — *Ecquis* (Numquis) togis illis eget, de quibus sartor meus mecum collocutus est (*or* colloquebatur)? — Nemo iis eget (indiget). — Num liberos vides, quibus ego panificia dedi? — Eos non video. — Quibus liberis panificia danda sunt (dari oportet)? — Danda sunt (Dari oportet) iis, qui litteris bene student, et qui obedientes beneque morati sunt. — Quibus tu hominibus das, quod edant et bibant (ad edendum et bibendum)? — Illis, qui esuriunt et sitiunt. — Quorsum ille cursum suum direxit? — Cursum suum Vindobonam versus direxit (Iter movit Vindobonam versus). — Ubi (Quo loco) habitabas, quum ego Berolini essem? — Monaci habitabam. — Ubi (Quo loco) erat pater tuus, quum tu Basilicæ esses? — Argentorati erat. — Erasne in Hispaniā tum, quum ego ibi eram (essem)? *or* Erasne in Hispaniā eodem tempore mecum? — Non eram ibi illo tempore; in Italiā eram. — Quo tempore jentabas, cum in Germaniā esses? — Jentabam, quum pater meus jentabat (jentare solebat *or* soleret). — Num venire potest hodie medicus? — Venire non potest (nequit); nam ipse ægrotus est. — Estne verum, unumquemque hominum aut bonum aut malum esse? — Verum est. — Hoc

pensum aut scribendum aut ediscendum est. — Nunquam nobis laudandi sunt illi, qui vel nequam vel ignavi sunt (sint). — Venitne ille domum tuam heri vesperi? — Capitis dolore adeo laborabat, ut venire non posset.

## 127. DICTATA CENTESIMA VICESIMA SEPTIMA.

Cogitasne unum pilentum emere? — Non possum unum emere; nam pecuniam meam adhuc non (*or* nondum) accepi. — Eundumne est mihi in theatrum? — Non tibi ineundum est; est enim mala tempestas. — Cur non is ad fratrem meum? — Nequeo ad eum ire (Ad eum ire non possum); nam solvere ei, quam ei debeo pecuniam, nondum possum (*or* pecuniam debitam ei solvere nondum queo *or* possum). — Quam ob rem hic præfectus militaris hominem istum gladio suo punctim vulnerat? — Gladio suo eum punctim vulnerat propterea, quod homo ei pugnum impegit. — Uter discipulorum colloqui incipit? — Qui (= Is, qui) assiduus (sedulus) est, colloqui incipit. — Quid facit alter, qui minus est? — Is quoque colloqui (*or* loqui) incipit, sed nec legere nec scribere potest. — Non observat ea, quæ tu ei dicis (imperas)? — Non observat (*or* curat), nisi eum verbero (verberibus cædo). — Quid facere solet, quum ad eum loqueris? — Post furnum sedet non verbum faciens. — Quo currit canis? — Post ædes (domum) currit. — Quid faciebat, quum eum verberabas (verberares)? — Latravit et post (pone versus) furnum cucurrit (cursu tendit). — Cur patruus tuus canem illum miserum calce percutit? — Propterea, quod puerculum suum morsu vulneravit. — Quid causæ est, cur servus tuus aufugerit? — Ego eum (ita) verberibus castigavi (*or simply* verberavi *or* pulsavi), ut aufugerit (*or* aufugeret). — Quin illi liberi laborant? — Magister eorum eis colaphos impegit, ut laborare nolint. — Quam ob rem iis colaphos impegit? — Quia non obediētes erant. — Emisistine ictum sclopeto? — Vero, ictum emisister (ter sonum edidi). — Quem petiisti? — Petivi avem in arbore sedentem. — Petivistine hominem illum sclopeto? — Petivi eum sclopeto minoris modi. — Cur eum sclopeto minoris modi petiisti? — Propterea, quod me gladio punctim vulneravit. — Æsne tu cupidus contentionis? — Non (ejus) cupidus sum. — Ego litterarum Latinarum perstudiosus sum. — Quid causæ est, quod frater tuus non laboret? — Quia laboris

insuetus est. — Visne illius hominis similis esse (*or* te illius hominis similem esse)? — Similis ejus esse non cupio. — Fuitne (Eratne) Cyrus par Alexandri? — Par ejus non fuit. — Num est pater tuus juris peritus? — Non est peritus. — Estne urbs referta peregrinorum? — Vero, referta est. — Quis Romanorum eloquentiæ princeps fuit? — Cicero (princeps fuit). — Esne tu amans patriæ tuæ? — Etiam, ejus amantissimus sum. — Patiensne es inediæ atque frigoris (frigorisque)? — Immo vero (eorum) impatiens sum. — Estne ille laudis appetens? — Est ejus appetentissimus. — Quid (*or* Quales) nos esse oportet? — Nos intelligentiæ virtutisque sitientes esse oportet.

## 128. DICTATA CENTESIMA DUODETRICESIMA.

Apportavistine mihi librum, quem mihi promisisti? — (Apportare eum) oblitus sum. — Attulitne tibi patruus tuus, quæ tibi pollicitus est, muccinia? — Oblitus est mihi ea afferre. — Dedistine jam litteras ad amicum tuum? — Nondum mihi fuit otium ad litteras (ad eum) dandas. — Num ad parentes tuos litteras mittere oblitus es? — Litteras ad eos mittere non oblitus sum. — Cujus est hæc domus? — Centurionis Anglici est, cujus filius epistolam ad nos dedit (misit). — Estne hæc pecunia tua? — Mea est. — A quo eam accepisti? — (Accepi eam) ab homine, cujus liberos vidisti. — Cujus sunt silvæ illæ? — Regis sunt. — Cujus illi equi sunt? — Nostri sunt. — Dixistine (Nuntiavistine) fratri tuo, me hic (hoc loco) eum expectare (manere)? — Dicere (nuntiare) ei oblitus sum. — Estne ille filius tuus? — Non meus est; amici mei est. — Ubi (Quo loco) tuus est? — Dresdæ est. — Convenitne tibi iste pannus? — Mihi non convenit (non placet, non probatur); non alium habes? — Ego alium quidem habeo, sed carior hocce est. — Visne mihi eum ostendere? — Volo tibi eum ostendere. — Ecquid hæc caligæ avunculo tuo conveniunt (placent)? — (Ei) non conveniunt (placent), quia nimis caræ (*or* cariores) sunt (sint). — Suntne hæc caligæ illæ, de quibus tu nobiscum collocutus es? — Eædem sunt. — Convenitne tibi nobiscum ire? — (Mihi) non convenit. — Decetne te in forum ire? — Vero, me decet eo ire (Me eo ire non dedecet). — Ivistine tu rus pedibus? — Me non decet (Dedecet me) pedibus ire, ut eo rhedâ vectus sim (veherer).

## 129. DICTATA CENTESIMA UNDETRICESIMA.

Quid tibi collibet (Quid imperas), domine? — Patrem tuum quæro. — Domine est (Estne domi)? — Non vero, domine, foris est. — Visne expectare (opperiri), dum (donec, quoad) revertatur? — Non est mihi tempus (spatium) ad expectandum. — Venditne hic mercator die cæcâ (pecuniâ non numeratâ)? — Vendit vero pecuniâ non præsentî. — Convenitne tibi emere pecuniâ præsentî (numeratâ)? — (Mihi) non convenit (non placet). — Ubi tu cultros istos bellos emisti? — Emi eos de mercatore, cujus tabernam tu heri vidisti (videbas). — Vendiditne tibi eos pecuniâ non præsentî (die cæcâ)? — Immo mihi eos pecuniâ numeratâ vendidit. — Ecquid tu sæpe (frequenter) pecuniâ numeratâ (præsentî) emis? — Non tam sæpe, quam tu. — Oblitus es hic aliquid (Ecquid hic oblitus es)? — Nihil oblitus sum. — Convenitne (Placetne) tibi ediscere (memoriæ mandare *or* committere) hoc? — Bonâ memoriâ non instructus (*or* præditus) sum, ut memoriæ aliquid committere mihi non conveniat. — Processitne tibi epistola scribenda (Contigitne tibi, ut litteras scribas)? — Processit (Contigit). — Contigitne mercatoribus illis, ut equos suos venderent? — Non contigit. — Tentavistine atramentarium meum emundare (*or* ut atram. meum emundes)? — Tentavi quidem, sed non (parum *or* minus) processit (successit). — Proceduntne liberi tui in linguâ Anglicâ discendâ? — Procedunt vero feliciter (prospere). — Estne (Inestne) vinum hoc in dolio? — Inest (in eo aliquantum). — Numquid vini hoc in scypho est? — Non (nihil) inest. — Utrum inest vinum an aqua? — Non inest neque vinum neque aqua. — Quid inest? — Acetum (inest). — Ecqui sunt homines in cubiculo tuo? — Insunt vero nonnulli. — Numquis in cellâ penariâ est (inest)? — Nemo inest. — Fueruntne (Erantne) multi homines in theatro? — Multi ibi fuerunt (inerant). — Multine sunt liberi, qui ludere nolint? — Multi quidem sunt, qui litteris studere (operam dare) nolint, sed pauci, qui ludere nolint. — Emundavistine riscum meum? — Tentavi vero facere hoc, sed minus (*or* non) processit. — Cogitasne unum umbraculum emere? — Cogito unum emere, si mercator id mihi pecuniâ non numeratâ vendit (verdere vult). — Num meum retinere cogitas? — Immo vero ego id tibi reddere cogito, si unum emo (emam).

## 130. DICTATA CENTESIMA TRICESIMA.

Quotiens tu avem (volucrem) illam sclopeto petiisti? — Ego eam bis petivi. — Occidistine eam? — Vero, eam secundo ictu occidi. — Occidistine avem (or volucrem) illam primo ictu? — Immo eam quarto ictu occidi. — Petisne telo ignifero aves, quas super domibus, an illas, quas in hortulis vides (conspicis)? — Ego non peto neque eas, quas super domibus, neque eas, quas in hortulis video, sed illas, quas in arboribus observo. — Quoties (Quam sæpe) nos telis igniferis petiverunt hostes? — Petierunt nos semel atque iterum (iterum ac sæpius). — Ecquem (Num quem) occiderunt? — Nullum occiderunt. — Cupisne volucrem illam telo ignifero (or sclopeto) petere? — Cupio eam petere. — Cur non volucres illas sclopeto petis? — (Facere) non possum; nam pulvere pyrio careo. — Quot volucres sclopeto petiisti? — Petivi omnes, quas (or quascunque) oculis percepi; nullam tamen occidi; nam pulvis (pyrius) meus nequam erat. — Conjecistine oculos in illum hominem? — Vero, conjeci (oculos in eum). — Viditne (Notavitne) te patruus tuus? — Ego eum præterii, et tamen ille me non vidit (videbat or notabat); laborat enim oculorum infirmitate. — Fecitne tibi vir ille dolorem (Nocuitne tibi ille vir)? — Minime, domine; dolorem mihi nullum fecit (mihi non nocuit). — Quid faciendum est alicui, ut ametur (or nobis, ut amemur)? — Tribuenda sunt (nobis) beneficia iis, qui nobis injuriam intulerunt. — Nosne vobis unquam injuriam (detrimentum) intulimus? — Immo nobis potius beneficia tribuistis (nos beneficiis ornavistis). — Num cui injuriam infers (Numquid tu cuiquam noces)? — Nulli ego injuriam infero (Nemini nocere soleo). — Quid causæ est, cur tu his liberis dolorem (or ægre) feceris? — Ego iis nullum dolorem feci. — Effecine ego tibi dolorem? — Non tu, sed liberi tui, mihi dolorem fecisti. — Quid tibi doloris fecerunt (Quid injuriæ tibi intulerunt)? — Me in hortum rapuerunt (abripuerunt), ut me verberarent (or verberibus cæderent). — Ecquid te verberibus ceciderunt (verberaverunt)? — Me non ceciderunt; nam aufugi. — Estne frater tuus, qui filio meo nocuit? — Minime, domine, frater meus non est; nam is nemini unquam nocuit. — Bibistine de illo vino (Ecquid de vino illo bibisti)? — Bibi de eo, et mihi profuit (utile fuit, conducebat). — Quid tu de libro meo fecisti? — Imposui eum mensæ (in mensâ). — Ubi nunc jacet (posita

est)? — In (*or super*) mensâ jacet. — Ubi sunt digitabula mea? — Posita sunt in sellâ. — Ubi est baculum meum? — In flumen injectum est. — Quis id injecit? — Accusatusne est alicujus maleficii (*sceleris*)? — Non maleficii (*sceleris*), sed avaritiæ accusatus est. — Obligantne se proditionis? — Vero, proditionis et impietatis se obligant. — Absolvitne judex eos culpæ? — Non absolvit. — Estne liber factus tuus (*Tuusne factus est liber*)? — Non, fratris mei factus est. — Interestne (*Refertne*) tuâ, me litteras dare ad amicum tuum? — Immo humanitatis plurimum refert, te litteras ad eum mittere. — Cujus est errare? — Cujusvis hominis est errare. — Estne meum facere id, quod justum est (*sit*)? — Est vero cujusvis hominis facere, quod justum est (*sit*).

### 131. DICTATA CENTESIMA UNA ET TRICESIMA.

Ego digitabula mea non video; ubinam sunt? — In flumine jacent. — Quis ea injecit? — Famulus tuus, propterea quod non amplius ulli usui fuerunt (*or essent*). — Quid tu de pecuniâ tuâ fecisti? — Domum eâ emi. — Quid de (*ex*) illo ligno fecit faber tignarius? — Unam mensam et duas sellas ex eo fecit. — Quid fecit sartor ex (*de*) panno, quem ei dedisti? — Vestes ex eo fecit liberis tuis et meis. — Quid fecit pistor ex (*de*) farinâ, quam tu ei vendidisti? — Panem ex eâ fecit tibi mihiq; (*tuâ et meâ causâ*). — Inventine sunt equi? — Inventi sunt. — Ubi inventi (*or reperti*) sunt? — Inventi (*Reperti*) sunt post silvam, citra flumen (*fluvium*). — Esne ab aliquo visus (*Tun' ab aliquo visus es*)? — Visus sum a nemine (*or dat. nemini*). — Præterivistine aliquem? — Ego te præterii, sed tu me non vidisti (*observasti*). — Ecquis (*Num quis*) te præteriit? — Nemo me præteriit. — Quâ re ager cingitur? — Cingitur arboribus. — Quo morbo pater tuus mortuus est? — Non morbo ullo mortuus est, verum senectute. — Ecquid puniti sunt illi negligentiam? — Puniti sunt. — Ægerne est frater tuus vulneribus acceptis (*or quæ acceperat*)? — Non, æger est capitis doloribus. — Secasne carnem cultro? — Seco eam cultro et furcâ (*ego eam cultro et furcâ seco*). — Utrum tibi injuria facta est (*fiabat*) vi an fraude? — Facta est mihi (*or Fiabat mihi*) injuria et vi et fraude (*or non minus vi, quam fraude*).

## 132. DICTATA CENTESIMA ALTERA ET TRICESIMA.

Expectasne aliquem? — Vero, ego præfectum militarem, patrualem meum, expecto. — Non eum vidisti? — Etiam, ego eum hodie mane vidi; domum meam præteriit (præteribat). — Quid hic juvenis opperitur? — Pecuniam opperitur. — Opperirisne aliquid? — Etiani, librum meum opperior (expecto). — Opperiturne (Expectatne) hic juvenis pecuniam suam? — Opperitur (expectat). — Prætervectusne est rex hunc locum? — Non hunc locum, verum theatrum prætervectus est. — Nonne fontem novum prætervectus est? — Sane quidem, prætervectus est, sed ego eum non vidi (videbam). — (In) quâ re tempus consumis? — Tempus in studiis litterarum consumo (contero). — (In) quâ re tempus conterit frater tuus? — Tempus (in) legendo et ludendo conterit (consumit). — Consumitne hic homo tempus laborando? — Homo nihili est; tempus (suum) in bibendo et ludendo consumit (fallit). — In quâ re tu tempus consumpsisti, quum Berolini esses? — Cum Berolini essem, ego tempus consumpsi in legendo et equitando. — In quâ re liberi tui tempus conterunt? — Tempus in discendo conterunt. — Potesne mihi solvere debita (or id quod mihi debes)? — Solvere tibi non possum; nam quæsit noster mihi pecunias meas afferre neglexit (prætermisit). — Quam ob rem vos sine me (me absente) jentavistis? — Tu horâ nonâ venire neglexisti, ut sine te jentaverimus. — Attulitne tibi mercator textum, quod apud eum emisti? — Id mihi afferre neglexit (prætermisit). — Vendiditne tibi id pecuniâ non numeratâ (or die cæcâ)? — Immo vero id mihi pecuniâ præsentî vendidit. — Novistine illos homines? — Eos non novi (Mihi non noti sunt), sed eos nequissimos esse homines credo (arbitror); tempus enim in ludendo consumunt (consumere, conterere or fallere solent). — Cur tu hodie mane ad patrem meum venire neglexisti (prætermisisti)? — Sartor mihi togam, quam promisit (or promiserat), non attulit (or afferre prætermisit), ut ad eum ire non possem (nequirem).

## 133. DICTATA CENTESIMA TRICESIMA TERTIA.

Fuistine aliquando hoc in vico? — Infui ibi diversis temporibus (iterum ac sæpius). — Multine in eo (or ibi) equi



reperiuntur (Estne in eo copia equorum)? — Ne unus quidem in eo reperitur (*or inest*). — Fuistine jam (*or aliquando*) illā in terrā? — Semel in eā fui. — Reperiuntur ibi multi viri docti? — Multi quidem reperiuntur, sed tempus legendo (*or librorum lectione*) conterunt. — Insuntne in illo vico multi liberi studiosi? — Sunt quidem multi, sed et alii sunt, qui litteris studere nolint. — Sciuntne rustici hujus vici (pagi) artem legendi et scribendi? — Alii eorum legere sciunt, alii scribere, sed non legere, (et) multi et legere et scribere (*or quum legere, tum scribere*); pauci sunt, qui nec legere nec scribere didicerint. — Scripsistisne vos pensa imperata (*or dictata*)? — Vero, ea scripsimus (peregimus). — Multane vitia (menda) in iis reperiuntur (*or insunt*)? — Nulla vitia (in iis) reperiuntur; eramus enim valde assidui (perstudiosi). — Habetne amicus tuus multos filios? — Immo unum tantum habet; is vero nihili est; nam litteris studere non vult. — (In) quā re tempus consumit (conterere solet)? — Tempus consumit (in) ludendo et currendo. — Quam ob rem pater ejus eum non punit (Quid causæ est, cur pater ejus eum non puniat)? — Punire eum non audet. — Quid fecisti (de) texto (panno), quod (quem) emisti? — Abjeci; nam inutile (*or nulli usui*) erat. — Quomodo (Quemadmodum) epistolam suam scripsit filius tuus? — Scripsit eam cum multā curā diligentiaque. — Negligentissime eam scripsit. — Audiistine fraterculum tuum litterarum syllabas ordinare? — Audiivi eum patientiā et silentio. — Estne amicus tuus natione Anglus? — Non, Francogallus genere (*or domo*) est. — Esne tu genere (*or natione*) Americanus? — Non vero, Germanus sum. — Illine Romani sunt? — Non, Russi sunt. — Quot sunt? — Centum numero sunt. — Nobisne pares sunt industriā? — Nobis non pares sunt. — Non nobis humanitate præstant? — Nobis non præstant. — Nos illis diligentia non inferiores sumus. — Estne noster amicus vir magno ingenio? — Est vero vir summo ingenio et præstantissimā virtute. — Homines illi humili staturā, mediocri ingenio, nullaque virtute sunt.

#### 134. DICTATA CENTESIMA TRICESIMA QUARTA.

Esne jam diu Lutetiæ (Estne jam longum tempus, ex quo (*or cum*) Lutetiæ es? — Quattuor annos (*or Quattuor anni* sunt). — Estne frater tuus jam diu Londini? — Decem jam

anni sunt, ex quo (*or cum*) ibi est. — Estne jam longum tempus, ex quo cœnavisti? — Est vero jam longum (*or dudum*), ex quo cœnavi, sed non longum est, ex quo cibum vespertinum sumpsi. — Quam dudum est, cum cibum vespertinum sumpsi? — Duæ horæ et dimidia sunt (Altera jam hora et dimidia est). — Estne longum tempus, ex quo litteras a patre tuo (non) accepisti? — Non longum (haud dudum) est, quum unas ab eo accepi. — Quam diu est, ex quo epistolam accepisti ab amico tuo, qui in Germaniã est? — Tertius jam mensis est, ex quo unam accepi. — Estne jam diu, ex quo (quum) cum homine locutus es, cujus filius tibi pecuniam commodavit? — Haud dudum est, ex quo cum eo locutus sum. — Estne jam longum tempus, quum (*or quod*) \* parentes tuos (non) vidisti? — Jam per diu est, ex quo eos (non) vidi. — Estne jam diu, quum amici mei filius domæ tuæ habitat (*or Habitatne amici mei filius jam longum domæ tuæ*)? — Duæ jam hebdomadæ sunt, ex quo ibi habitat (Duas jam hebdomadas ibi habitat). — Quam diu tu hos libros jam habes? — Ego eos jam hos tres menses habeo (Tertium jam mensem eos habeo). — Quam longum (tempus) est, ex quo consobrinus tuus profectus est? — Amplius jam mense (*or mensis*) est, ex quo (*or quum*) profectus est. — Quid factum est de homine (*or homini*), qui Anglice tam bene loquebatur? — Haud scio, quid de eo (*or ei*) factum sit; nam jam dudum (longum *or diu*) est, cum eum non vidi. — Estne jam longum tempus (*or diu*), ex quo nuntium accepisti de præfecto militari, qui amicum tuum gladii ictu vulneravit? — Amplius jam anno est, cum de eo nuntium (non) accepi. — Quam diu est, cum linguam Germanicam discis? — Tertius tantum mensis est, ex quo eam disco (*or Tertium tantum mensem eam disco*). — Potesne eam jam loqui? — Tu vides (perspectum habes), me jam initium loquendi facere (*or me jam loqui incipere or cœpisse*). — Estne jam diu, ex quo (*or cum*) liberi equitis Francogallici eam discunt? — Quintus jam annus est, ex quo eam discunt (Quinque jam annos eam discunt), et tamen nondum loqui cœperunt (incipiunt). — Quid causæ est, quod eam loqui non possint? — Loqui ob eam rem non possunt, quod eam male discunt. — Quam longum tempus est, ex quo hi liberi non biberunt? — Abhinc quadrantem horæ biberunt. — Quamdiu jam amicus tuus in Hispaniã est? — Unum jam mensem ibi est. — Quando tu fratri meo

\* Compare Grammar, page 299, 5, C.

obviam venisti? — Ego ei abhinc quattuordecim dies (duabus abhinc hebdomadis) obviam veniebam. — Suntne multi milites in terrā (or patriā) tuā? — Est ibi legio trium milium hominum. — Quam longum tempus ego consobrini tui pecuniam retinui? — Retinuisti eam ad (or circiter) unum annum.

### 135. DICTATA CENTESIMA TRICESIMA QUINTA.

Quis est homo, qui modo (or recens) ad te locutus est (or tecum loquebatur)? — Homo doctus est. — Quid modo apportavit sutor? — Caligas et calceos, quos (or quæ) nobis confecit, apportavit (attulit). — Qui sunt homines, qui modo advenerunt? — Philosophi sunt. — Cujates sunt? — Londinenses (domo) sunt. — Quis est homo, qui modo profectus est? — Anglus est, qui omnes suas facultates (patrimonium suum integrum) in Francogalliā dilapidavit. — Cujas es? — Ego Hispanus sum, et amicus meus Italus est. — Visne fabrum claustrarium arcessere? — Cur me oportet fabrum claustrarium arcessere? — Necessè est faciat mihi clavem; perdidit enim illam, quæ ad cubiculum meum pertinet. — Ubi heri cœnavit patruus tuus? — Apud hospitem (cauponem) cœnavit. — Quid sumptus fecit? — Tres thaleros confecit (sumptum trium thalerorum fecit). — Quantum reditum menstruum pecuniæ ad sumptum habet? — Menstruum reditum ducentorum florenorum ad sumptum habet. — Estne opus (or necesse), me ad ephippiorum artificem ire? — Opus est te ad eum ire; nam opus est, ut ephippium reficiat. — Vidistine aliquem in foro? — Vidi vero ibi multos homines (multitudinem hominum). — Quomodo vestiti sunt? — Alii veste caeruleā, alii viridi, alii flavā, et nonnulli rubrā induti sunt. — Quanti tu equum tuum emisti? — Ego eum viginti (libris) pondo auri emi. — Vendiditne domum suam magno? — Vendidit vero magno; vendidit eam denis milibus talentorum (or decies mille talentis). — Constiteruntne tibi libri tui tanti, quanti mihi mei? — Tantidem mihi constitere; constiterunt mihi mille aureis. — Quanti habitas? — Denis thaleris in singulos menses habito. — Quanti doceris? — Doceor quinquaginta thaleris. — Quanti est frumentum hac in regione? — Medimnus frumenti hac in regione dimidio tantum thaleri est.

## 136. DICTATA CENTESIMA TRICESIMA SEXTA.

Qui sunt illi homines? — Is, qui canā veste indutus est, vicinus meus est, et ille nigrā togā indutus, medicus est, cujus filius vicinum meum fusti verberavit. — Quis est homo (vir) ille togā viridi indutus? — Unus de cognatis meis est. — Tun' Berolinensis domo es? — Non, Dresdensis sum. — Quantam pecuniam liberi tui hodie expenderunt? — Pauxillam tantum expenderunt; unum tantum thalerum expenderunt. — Ministratne tibi homo ille bene? — Bene mihi quidem ministrat; sed nimis expendit (diffundit). — Visne hunc famulum in servitium tuum recipere? — Volo eum recipere (*or* conducere), si mihi parate (bene) ministrare vult. — Possumne hunc servum in famulatum apud me recipere (*or* conducere)? — Potes eum recipere (conducere); nam mihi admodum bene (parate) ministravit. — Quam diu est, ex quo tibi ministrat? — Duo tantum menses sunt. — Eratne longum tempus in tuo ministerio (in famulatu apud te)? — In famulatu erat apud me sex annos. — Quantam mercedem dedisti ei in anno? — Dedi (dabam) ei centum thaleros. — Alebaturne a te (Utebaturne victu tuo)? — Vero, alebatur. — Quid ei ad manducandum dabas? — Dabam ei, quodcumque ego ipse edebam. — Probatusne tibi est? — Vero, mihi valde probatus est. — Vacatne culpā? — Prorsus vacat. — Num terra hæcce auro abundat? — Non abundat. — Implevitne scyphum suum vino? — Vero, eum mero implevit. — Decoratne domum suam picturis (tabulis pictis)? — Decorat. — Visne nos metu liberare? — Liberare te non queo (non possum). — Expulsine sunt patriā suā? — Non expulsi sunt.

## 137. DICTATA CENTESIMA TRICESIMA SEPTIMA.

Quam diu frater tuus jam (ex) urbe abest? — Duodecimum jam mensem abest (Duodecim jam menses sunt, ex quo abest). — Jussusne est patriā decedere? — Jussus est. — Ecquid in patriā tuā multi sunt philosophi? — Sunt vero in eā tam multi quam quot in tuā (*or* Quot in tuā, tot in eā sunt). — Quomodo hic pileus me decet (mihi convenit)? — Te optime decet (Tibi optime convenit *or* sedet). — Quomodo hic pileus fratri tuo sedet (convenit)? — Mirifice (pulcherrime) ei sedet

(convenit). — Estne frater tuus tam grandis, quam tu? — Grandior est, quam ego sum, sed ego eo major natu sum. — Quam altus (cujus altitudinis) hic homo est? — Quinque pedes et quattuor digitos altus est. — Quam alta est hospitius nostri domus? — Alta est sexaginta pedes (*or* Sexaginta pedum est). — Estne puteus tuus altus (= profundus)? — Etiam, domine, quinquaginta pedes altus est (Pedum quinquaginta est). — Quam diu illi homines jam in servitio patris tui sunt? — Amplius jam tertium annum in ejus servitio sunt (Amplius jam tres anni sunt, ex quo (*or* quum *or* quod) in famulatu apud eum sunt). — Estne jam diu, quum consobrinus tuus Lutetiæ Parisiorum est? — Sex prope anni sunt, ex quo (*or* cum) ibi est (habitat) *or* Ad sextum annum ibi est (habitat). — Quis cultrum meum perdidit? — Nemo eum perdidit; nam perditus jam erat tum, quum nobis eo opus fuit (*or* esset). — Estne verum, patrum tuum advenisse? — Affirmo tibi, eum advenisse (Persuadeas tibi volo, eum advenisse). — Estne verum, eum tibi affirmavisse, se tuis consiliis non defuturum? — Persuadeas tibi volo, id verum esse. — Estne verum, milia illa sex hominum, quos expectaveramus, advenisse? — Mihi ita nuntiatum est. — Visne cœnare apud nos? — Cœnare apud vos non possum (nequeo); nam modo jam manducavi. — Abjicisne pileum tuum (Num pileum tuum abjicis)? — Non abjicio; convenit (sedet) enim mihi mirifice. — Venditne amicus tuus togam suam? — Non vendit; nam ei mirifice convenit. — “Multi docti homines Berolini sunt; nonne ita est?” Sic interrogabat Cuvier hominem quendam domo Berolinensem. — “Non tam multi,” respondit homo Berolinensis, “quam quot illo tempore, quum tu ipse ibi aderes (adesses).”

### 138. DICTATA CENTESIMA DUODEQUADRAGESIMA.

Quam ob rem te hominis illius miseret? — Ego eum ob eam causam commiseror, quod pecunias suas apud mercatorem quendam Hamburgensem deposuit, quas homo ille non vult ei reddere (*or* reddere recusat). — Num civi isti quidquam credis? — Ego ei nihil credo (committo). — Retinuitne tibi jam aliquid? — Ego ei nunquam quidquam mandavi (credidi *or* commisi), ut nunquam mihi quidquam retinuerit. — Visne pecunias tuas patri meo demandare (committere)? —

Volo ei eas demandare *or* committere. — Quæ occulta filius meus tibi credidit? — Quæ mihi credidit, ea tibi credere non possum; nam me rogavit, ut rem reticerem (*or* occultam tenebam). — Cui tu secreta tua credis? — Ego ea nemini (nulli) credo, ut nemo ea sciat. — Ornatusne est frater tuus præmio? — Immo potius pœnâ affectus est; sed te oro atque rogo, ut rem reticeas; nam nemo ejus conscius est. — Quid ei accidit? — Dicere tibi non nolo, quod ei acciderit, si mihi polliceris, te rem occultam habiturum (*or* fore, ut rem reticeas). — Pollicerisne (Promittisne), te rem tacitam habiturum (*or* fore, ut rem reticeas *or* celes)? — Vero, ego tibi polliceor; nam me ejus toto pectore miseret (*or* commiseror enim eum toto animo). — Ducisne (*or* Putasne) hoc dignitate tuâ alienum? — Non ita duco (p̄uto). — Fungiturne ille justitiæ officiis? — Factum est. — Perfunctusne es iisdem periculis, quibus ego perfunctus sum? — Non iisdem perfunctus sum. — Quo (cibo) vescuntur? — Vescuntur piscibus et lacte. — Quis impedimentis potitus est? — Milites iis potiti sunt. — Quâ re lætaris? — Ego virtutis conscientiam lætor. — Ecquid virtus ejus (*or* illius) imitatione digna est? — Non (eâ) digna est.

### 139. DICTATA CENTESIMA UNDEQUADRAGESIMA.

Quem commiseraris (Cujus te miseret)? — Ego amicum tuum commiseror (Me amici tui miseret). — Cur eum commiseraris (Quid causæ est, quod te ejus misereat)? — Eum commiseror propterea, quod æger est. — Ecquem mercatores Berolinenses commiserantur? — Neminem miserantur. — Offersne mihi aliquid? — Ego tibi anulum aureum offero (defero). — Quid tibi pater meus obtulit? — Mihi librum bonum obtulit (detulit). — Cui tu equos istos formosos offers (defers)? — Ego eos præfecto militari Francogallo offero (defero). — Offersne tu avunculo meo pilentum illud pulchrum? — Id ei offero (defero). — Offersne his liberis bonis caniculum meum bellum? — (Eum iis) offero; amo enim eos toto pectore. — Quid tibi detulerunt (*or* obtulere)? — Detulerunt mihi cervisiam bonam et carnem salsam (*or* sale conditam). — Cui tu pecuniam offers (defers *or* polliceris)? — Ego civibus (*or* oppidanis) illis Parisiensibus, qui mihi operam suam professi sunt, nonnullam offero. — Visne vestes meas curare (tibi curæ habere)? — Volo eas curare. — Ecquid pileum meum curare

vis? — Volo eum curare (mihi curæ habere). — Habesne tibi curæ librum, quem ego tibi commodavi? — Habeo eum mihi curæ. — Vultne hic homo equo meo providere? — Vult ei providere (eum curare). — Quis servo meo providere (consulere) vult? — Hospes ei providere vult. — Curatne servus tuus equos tuos? — Curat. — Habetne sibi curæ vestes tuas? — Habet eas sibi curæ; exterget enim eas penicillo quotidie mane. — Ecquid tu aliquando (unquam) cerevisiam Argentoratensem bibisti? — Nunquam bibi. — Estne jam diu, ex quo tu panem Lipsiensem edisti (edebas. *or* manducabas)? — Tertius fere annus est, ex quo nullum edi. — Ducitne se sine periculo? — Nunquam, inimico suo vivo, se sine periculo ducere (putare) potest. — Salvane est respublica? — Quomodo salva esse potest his magistratibus?

#### 140. DICTATA CENTESIMA QUADRAGESIMA.

Fecistine sororis meæ marito aliquid doloris? — Ego ei nihil doloris feci (effeci); is ipse autem digitum meum vulneravit. — Quā re tibi digitum vulneravit (secuit)? — (Vulneravit eum) cultro, quem ei commodavisti. — Quam ob rem tu puero illo pugnum (*or* colaphum) impegisti? — Propterea, quod me ad dormiendum retardabat. — Impediitne te aliquis, quominus scriberes (Retardavitne te aliquis a scribendo *or* ad scribendum)? — Nemo me impedivit, quominus scriberem; ego autem quemdam (aliquem) impedivi, quominus consobrino tuo noceret. — Advenitne pater tuus? — Omnes ajunt (In ore omnium est), eum advenisse; sed ego eum nondum (adhuc non) vidi. — Effecitne medicus filio tuo aliquid doloris? — Effecit ei dolorem; nam digitum ejus secuit (incidit). — Amputaveruntne crus hujus hominis? — Vero, id omnino amputaverunt. — Probaturne tibi servus tuus? — Valde mihi probatur; nam omnium horarum homo est. — Quid potest? — Nihil non potest (Omnia potest). — Potestne (Scitne) equitare (*or* Peritusne est artis equitandi)? — Potest (Scit). — Revertitne frater tuus tandem ex Germaniā? — Vero, inde revertit, et tibi equum pulchrum secum adduxit. — Imperavitne stabulario suo, ut eum ad me duceret? — Imperavit (ei, ut eum ad te duceret) *or simply* Factum est. — Quid de illo equo censes (putas)? — Puto eum pulchrum bonumque esse, et te rogo, ut eum in stabulum ducas. — In quā re (*or* Quomodo) tu tempus heri consumebas (conterebas)? — Ego ad

ambulationem publicam prodivi, et postea concentum obii. — Erantne multi homines in ambulacro publico? — Erat vero ibi magna vis hominum. — Quando frater tuus domum revertit? — Sole oriente revertit. — Quando natus est Augustus? — Cicerone consule natus est. — Cupisne linguam Latinam discere? — Discere eam, te duce et præceptore, non nolo. — Audito amicum tuum advenisse, statim ego ei obviam ire constitui. — Quam ob rem hi homines pœnâ affecti sunt (afficiebantur)? — Officiis neglectis pœnâ affecti sunt (afficiebantur).

#### 141. DICTATA CENTESIMA UNA ET QUADRAGESIMA.

Quid agebas (egisti), quum litteras tuas conclusisses? — Ad fratrem meum ivi, qui me secum in theatrum deduxit, ubi unum de amicis meis, quem multis annis non videram, inveniebam (inveni). — Quid tu hodie mane, jentaculo sumpto, faciebas (fecisti)? — Postquam epistolam comitis Polonici perlegi (epistolâ comitis Polonici perlectâ), ego domo exii, ut theatrum principis, quod antea non videram (*or* vidissem), spectarem. — Quid fecit (egit) pater tuus hodie mane, postquam e lecto surrexit (quum e lecto surrexisset)? — Jentavit et domo exiit. — Quid agebat amicus tuus actis publicis lectis (*or* quum acta publica legisset)? — Exivit (Exiit) ad baronem. — Secuitne (Secabatne) carnem pane secto (quum panem secuisset)? — Immo vero panem secuit, postquam carnem secuit (*or* Panem carne sectâ secuit). — Quando (Quo tempore) tu proficisceris? — Cras proficiscor (proficisci cogito); sed antequam proficiscor, amicos meos iterum videre (*or* visere) cupio. — Quid liberi tui, jentaculo sumpto, egerunt (agebant)? — In publicum cum caro (*or* carissimo) suo præceptore prodierunt (prodibant). — Quo ivit (ibat) patruus tuus, quum cœnavisset (postquam *or* ubi cœnavit)? — Nusquam ivit (ibat); domi se tenuit (tenebat) litteras suas scribens (*or* et litteras suas scripsit). — Quid agere (*or* facere) soles, cibo vespertino sumpto (*or* quum cibum vespertinum sumpseris)? — In lectum me conferre soleo. — Quotâ horâ tu hodie mane e lecto surrexisti? — Ego quintâ horâ surrexi. — Quid fecit consobrinus tuus, quum de amici sui morte certior factus esset (*or* quum amici sui mortem cognovisset *or simply* de amici sui morte certior factus)? — Valde dolebat et



cubitus iuit, non verbum faciens. — Legistine (Legebasne), priusquam jentavisti? — Immo vero ego jentaculo sumpto (or postquam jentavi) libros legi (or legebam). — Ivistine cubitum, quum cibum vespertinum sumpsisses? — Cibo vespertino sumpto, ego epistolas meas scripsi, et deinde cubitum ivi. — Dolesne cognati tui morte? — Doleo vero vehementer. — Quando mortuus est amicus tuus? — Mense proxime elapso mortuus est. — Quid quereris? — De puero tuo (or Puerum tuum) queror. — Quam ob rem de eo quereris? — Propertea, quod occidit canem bellum, quem ab uno de amicis meis acceperam. — De quâ re avunculus tuus questus est? — De facto tuo questus est (Questus est id, quod tu fecisti). — Ecquid de epistolâ, quam ad eum misi, conquestus est? — De eâ questus est.

#### 142. DICTATA CENTESIMA ALTERA ET QUADRAGESIMA.

Quam longe abest Lutetia (a) Londino? — Lutetia (a) Londino milia passuum fere centum et quadraginta abest (or distat). — Quam longe est hinc Hamburgium? — Longe (Longule) est. — Estne longe hinc Vindobonam? — Milia passuum fere (circiter) centum et quadraginta sunt hinc Vindobonam. — Estne longius (a) Berolino Dresdam, quam (a) Lipsiâ Berolinum (or Distatne Dresda longius (a) Berolino, quam Berolinum (a) Lipsiâ)? — Longius est (a) Berolino Dresdam, quam (a) Lipsiâ Berolinum (or Longius abest Dresda a Berolino, quam Berolinum Lipsiâ). — Quam longe abest Berolinum (a) Lutetiâ Parisiorum (Quam longe est a Lutetiâ Berolinum)? — Centum fere et triginta milia passuum hinc Berolinum sunt. — Cogitasne brevi tempore (or mox or propediem) Berolinum ire? — Cogito eo brevi (propediem) ire. — Quam ob rem hoc tempore eo ire vis? — (Eo ire volo), ut libros bonos et equum bonum ibi emem, et ut amicos meos bonos visam. — Diune est, cum ibi non fuisti? — Duo fere anni sunt, ex quo ibi non fui. — Isne Vindobonam hoc anno? — Non eo; nam nimis longe est hinc Vindobonam. — Longumne tempus (Diune) est, ex quo amicum tuum Hamburgensem (non) vidisti? — Immo solum quattuordecim dies sunt, ex quo eum vidi (videbam) or Immo eum vidi abhinc quattuordecim dies. — Ecquid discipuli tui memoriæ mandare delectantur? — Memoriæ mandare (committere)

non delectantur (non amant); legere et scribere potius, quam memoriæ mandare, malunt. (Legunt et scribunt libentius, quam memoriæ mandant). — Bisne cerevisiam libentius, quam vinum ex malis confectum? — Immo vero ego vinum ex malis confectum potius, quam cerevisiam, bibere malo (*or* Vinum ex malis confectum cerevisiæ antefero, præfero *or* antepono). — Amate (*or* Delectaturne) frater tuus ludere? — Immo litteris operam dare mavult, quam ludere (*or* Libentius litteris operam dat, quam ludit). — Anteponeisne (Præfersne) carnem pani? — Immo potius hanc illi antefero. — Mavisne bibere (magis), quam edere (manducare)? — Immo ego manducare potius, quam bibere malo; sed patruus meus bibere (potare) mavult, quam manducare. — Anteponeisne levir tuus carnes piscibus? — Immo potius pisces carnibus anteponeo *or* præfert (Pisces edere mavult, quam carnes). — Mavisne scribere, quam dicere (*or* loqui)? — Utrumque libenti animo facio. — Manducasne altilia libentius, quam pisces? — Numquid tu mel bonum saccharo antefers (anteponeis *or* præfers)? — Neutrum amo.

#### 143. DICTATA CENTESIMA QUADRAGESIMA TERTIA.

Sumitne (Bibitne) pater tuus coffeam libentius, quam theam? — Neutram amat. — Quid bibis (bibere soles) mane? — Ego poculum aquæ cum aliquantulo sacchari bibere soleo; pater meus bonam coffeam, frater meus minor natu bonam theam, et sororis meæ maritus scyphum vini boni bibere (sumere) solent. — Potesne intelligere, quod tibi dico? — Non vero, domine; nam nimis celeriter (celerius) loqueris. — Visne esse tam benignus, ut non tam celeriter (minus celeriter *or* lentius) loquere? — Volo minus celeriter loqui, si mihi auscultare (*or* aures dare) vis. — Num intelligere potes, quod frater meus tibi dicit? — Tam celeriter loquitur, ut intelligere non possim. — Ecquid discipuli tui ea, quæ tu iis dicis, intelligere possunt? — Vero, ea, quæ iis dico, intelligunt, quum (*or* si) lentè loquor; nam ut alicujus sententia capiatur (intelligatur), necesse est loquatur lentius. — Cur tu non quidquam (*or* nihil) de illo mercatore emis? — Erat mihi voluntas emendi de eo (ab eo) aliquoties duodena muccinorum, aliqua focalia atque pileum album; sed omnia tam care vendit, ut nihil de eo (ab eo) emere possim (*or* queam). — Visne me ad alium

ducere? — Volo te ad filium illius ducere, de quo anno proxime elapso emisti. — Ecquid (Numquid) æque care vendit atque hicce? — Immo minore pretio (*or* ære pauciore) vendit. — Mavisne in theatrum, quam ad concertum, ire? — Immo ego ad concertum æque libenter, quam in theatrum eo; sed (ad) ambulacrum publicum adire non delector; nam reperiuntur (reperiri solent) ibi nimis multi homines. — Ecquid liberi tui libentius Italicam linguam discunt, quam Hispanicam? — Neutram libenti animo discunt; Germanicam solam discere delectantur (*or* amant). — Maluntne loqui potius, quam scribere? — Neutrum libenter faciunt. — Appetisne (Amasne) vervecinam? — Immo vero bubulam vervecinæ antefero. — Eduntne liberi tui panificia libentius, quam panem? — Utrumque amant (appetunt). — Numquid ille omnes, quos emerat, libros perlegit? — Tam multos eorum emit (comparavit), ut omnes perlegere non possit. — Cupisne aliquot epistolas scribere? — Ego earum jam tam multas scripsi, ut plures scribere non possim.

#### 144. DICTATA CENTESIMA QUADRAGESIMA QUARTA.

Utrum epistolas scripsisti longas an breves? — Ego et longas et breves (*or* longas non minus, quam breves *or* tum longas tum breves) scripsi. — Habesne multa mala? — Habeo vero eorum tam multa, ut, quæ edam, nescio (non scio). — Ecquæ his liberis dare vis? — Pensis suis tam male studuerunt, ut iis quidquam dare nolim. — Quâ re lætaris? — Gaudeo felicitate, quæ tibi contigit. — Quâ re liberi tui lætantur? — Lætantur, quod te videant. — Gaudesne felicitate patris mei? — Gaudeo. — Num fratri meo blandiris? — Ego ei non blandior. — Ecquid hic magister (præceptor) discipulis suis blanditur? — (Iis) non blanditur. — Estne iis contentus (Probanturne ei)? — Est vero iis valde contentus, quum (*or* si) bene discunt (*or* diligentes sunt), sed minime iis contentus est, si non bene discunt (si non diligentes sunt). — Blandirisne mihi (Mihine blandiris)? — Tibi non blandior; nam te amo (diligo). — Videsne temetipsum illo in speculo? — Video memetipsum in eo. — Cur non ad focum manes? — Propterea, quod timeo, ne urar (adurar). — Accenditne hic homo ignem suum? — Timesne (Metuisne) illos homines deformes? — Eos non timeo; nemini enim nocent. — Quam ob rem illi

liberi aufugiunt? — Idcirco aufugiunt, quod te timent. — Aufugisne ab inimicis tuis? — Ego ab iis non aufugio; nam eos non metuo (timeo). — Potesne epistolam Latinam sine vitio (mendo *or* errore) scribere? — Possum (unam scribere). — Ecquis epistolas tuas emendat? — Nemo eas emendat (*or* corrigit). — Quot epistolas jam scripsisti? — Duodecim jam scripsi. — Ecquid tu tibimetipsi dolorem effecisti (*or* injuriam intulisti)? — Nullam effeci (Non intuli). — Quis sibi ipse dolorem effecit (*or* nocuit)? — Frater meus sibimetipsi dolorem effecit (*or* sibi ipse nocuit); nam digitum suum vulneravit. — Estne æger etiam nunc? — Immo sanior factus est. — Gaudeo audire, eum non amplius ægrotare; nam eum diligo (amo), et eum ex animo commiseratus sum. — Cur consobrinus tuus sibi pilos evellit? — Propterea, quod, quas pecunias debet (*or simply* debita), solvere non potest (possit). — Recidistine tibi pilos? — Ego eos non ipse recidi, verum recidendos curavi (sed mihi recisi sunt).

#### 145. DICTATA CENTESIMA QUADRAGESIMA QUINTA.

Quā re liberi tui tempus fallunt? — Tempus fallunt litteris studendo, scribendo et legendo. — Quā re tu horas fallis? — Otium meum, quam optime possum, fallo; nam libros bonos lego, et litteras ad amicos scribo. — Suum cuique iudicium est; quid est tuum? — Ego litteris operam dare, bonum librum legere, concentum obire, in ambulacrum publicum ire, et equitare gaudeo (amo *or* delector). — Ecquid medicus puero tuo injuriam intulit? — Digitum ejus incidit, injuriam autem ei nullam intulit. — Cur tu homini illi auscultas (aures das)? — Ego quidem ei aures do, sed tamen ei non credo (fidem tribuo); scio enim, eum esse mendacem. — Quin (Cur non) consobrinus tuus pileum suum penicillo extergit. — Eum non deterget propterea, quod timet, ne digitos suos inquinet. — Quid dicit (ait) tibi vicinus meus? — Nuntiat (*or* Dicit) mihi, te equum suum (*or* ejus) emere (comparare) velle; sed ego scio, ut fallatur; nam, quā eum emas, pecuniā cares (*or* nam ad eum emendum pecuniam non habes). — Quid dicitur (Quid ajunt homines) in foro? — Ajunt, hostem profligatum (victum *or* superatum) esse (Dicitur hostem, &c., *or* Hostis dicitur profligatus esse). — Credisne hoc (*or* nuntium)? — Sane quidem, credo; propterea, quod in ore omnium est. —

Num cubitum is mature (*Dasne te mature somno or Num te mature in lectum confers*)? — Immo ego sero cubitum eo (me in lectum confero); nam, si mature me in lectum confero, dormire non possum (non queo). — Quotā horā tu heri cubitum ivisti (*or te in lectum contulisti*)? — Cubitum heri ivi circiter quadrantem horæ post undecimam. — Quotā horā liberi tui se somno dant? — Cum occasu solis cubitum ire solent (se in lectum conferunt). — Surguntne e lecto bene mane (*or matutini*)? — Sole oriente e lecto surgunt (surgere solent). — Quotā horā tu hodie e lecto surrexisti? — Tarde ego hodie surrexi; nam tardius me heri vesperi in lectum contuleram. — Surgitne filius tuus tarde? — Immo vero bene mane surgere (*or surgat*) oportet; nunquam enim sero (*or tarde*) cubitum it. — Quid agit (agere solet), quum surgit (*or postquam surrexit*)? — Operam dat studiis, et postea jentaculum sumit (sumere solet).

#### 146. DICTATA CENTESIMA QUADRAGESIMA SEXTA.

Vocasne (*Citasne*) me? — Te voco (*cito*). — Quid tibi colibet (*Quid tibi vis*)? — E lecto surgas oportet; nam multa jam dies (*or sero jam*) est. — Quam ob rem me vocas (*me citas*)? — Ego omnes meas pecunias aleā perdidī; venioque a te petere (*or petitum a te*), ut mihi aliquantam commodes. — Quota hora est? — Quadrans horæ jam post sextam est; et tu satis longum dormiisti. — Estne jam dudum, ex quo tu e lecto surrexisti? — Una hora cum dimidio est, ex quo surrexi (*or Ego abhinc unam horam et dimidiam surrexi*). — Abisne sæpe deambulatum? — Ambulatum ire soleo, quando-cunque domi nihil faciendum invenio (*or domi nihil habeo, quod faciam*). — Cupisne ambulatum ire (*or spatari*)? — Ambulatum ire non possum; nam nimis occupatus sum. — Vectusne est frater tuus equo? — Immo vectus (*or vectatus*) est curru (vehiculo *or carpento*). — Ecquid liberi tui frequenter deambulatum eunt? — Ambulatum eunt quotidie mane post sumptum jentaculum (*or simul ac jentaverunt*). — Spatiarisne (*Ambulasne*), postquam cœnavisti? — Quum cœnaverim (*or simply Cœnatus* \*), ego primum theam bibere, deinde ambulare soleo. — Ducisne sæpe liberos tuos ambulatum? —

\* Compare Grammar, page 260, Rem. 5.

Ego eos quot diebus et mane et vesperi ambulatum duco. — Potesne mecum ire (abire)? — Non tecum ire possum; nam fraterculum meum ambulatum ducere me oportet. — Quo loco deambulas? — In avunculi nostri hortis et agris deambulamus (deambulare solemus). — Gaudesne spatiari (or ambulando)? — Malo spatiari, quam edere et bibere (Ego libentius deambulo, quam manduco et bibo). — Num pater tuus equo vectari delectatur? — Immo carpento vectari mavult, quam equo. — Amandine sunt nobis liberi, qui non bene morati sunt (sint)? — Immo potius puniendi et despiciendi habendi sunt. — Quis te docuit artem legendi (or legere)? — Docuit sum a præceptore Francogallo. — Docuitne te etiam scribere? — Docuit me artem et legendi et scribendi. — Quis fratrem tuum artem ratiocinandi (or arithmetica) docuit? — Doctor aliquis Germanus eum docuit. — Visne nobiscum ambulatum ire (or ambulationem conficere)? — Ambulare vobiscum non possum; nam meum linguæ Germanicæ doctorem expecto (opperior). — Num frater tuus ambulare vult? — Non potest; instituitur enim arte saltandi.

#### 147. DICTATA CENTESIMA QUADRAGESIMA SEPTIMA.

Habetisne linguæ Anglicæ præceptorem (doctorem)? — Habemus. — Traditne vobis et linguam Italicam? — Linguæ Italicæ non sciens est; sed nos linguæ Italicæ et Hispanicæ præceptorem habemus. — Quid de tuo olim\* scribendi magistro factum est? — Factus est clericus. — Quid factum est de viro illo docto (erudito), quem hieme proxime elapsâ domi tuæ videbam? — Factus est mercator. — Et quid ex filio ejus factum est? — Relatus est inter milites (Factus est miles). — Meministine etiam nunc meum olim saltandi magistrum? — Memini eum etiam nunc; quidnam ei factum est? — Hic (or Hac regione) est, et videre eum potes, si tibi collibet. — Habesne linguæ Germanicæ præceptorem? — Habeo vero unum, et eum præstantissimum (optimum); nam is pater meus est (est enim pater meus), qui me linguâ Germanicâ et Anglicâ instituit. — Scitne pater

\* When the English "old" is used in the sense of "former," the Romans commonly put the adverbs *olim* or *quondam* instead of *vetus* or *pristinus*.

tuus et Polonice? — Nondum scit; cogitat autem discere hac æstate. — Recordarisne tua promissa? — Vero, ea recorder. — Quid mihi promisisti (pollicitus es)? — Te linguâ Germanicâ instituere (or erudire) pollicitus sum; et promissum facere (efficere) cogito. — Visne initium facere hodie mane? — Immo ego potius hodie vesperi, si tibi libet, incipere volo (cogito). — Meministine hominem, cujus filius nos saltare docuit (nobis artem saltandi tradidit)? — Non amplius eum memini. — Ecquid tu fratres meos meministi? — Præclare eos memini; nam eos, quum Berolini litteris operam darem, nullo non die videbam (videre solebam). — Meminitne me patruus tuus etiam nunc? — Affirmo tibi, eum te (or tui) meminisse etiam nunc. — Numquid tu Germanice melius (scientius) loqueris, quam patruelis meus? — Ego non æque scienter loquor (minus scienter loquor, quam ille); loquitur enim scientius (melius), quam multi Germanorum. — Quis discipulorum tuorum (or de or ex discipulis tuis) scientissime loquitur? — Ille, qui heri mecum ambulabat, unus omnium scientissime loquitur. — Ecquid patui tui domus æque alta est, ac nostra? — Tua altior est, quam patui mei; domus autem consobrini mei omnium, quascunque ego adhuc conspexi, altissima est. — Habetne amicus tuus tot libros, quot ego habeo (or Habetne amicus tuus quot libros ego habeo)? — Plures tu eorum, quam ille, habes; sed frater meus plures eorum habet, quam uterque vestrum. — Quis nostrum maximam pecuniam habet? — Tu maximam habes; nam ego non habeo nisi triginta thaleros, amicus meus decem tantum habet, tu autem quingentos habes.

#### 148. DICTATA CENTESIMA DUODEQUINGESIMA.

Quæ brevissima ad patui tui castellum via est? — Hæc via brevior quidem est, quam illa (ea), quam nos heri ingressi sumus; sed pater meus unam novit, quæ omnium brevissima est. — Uterisne pilento meo? — Utor. — Ususne est pater tuus equo meo? — Usus est. — Cui usui tibi hicce equus est? — Est mihi ad equitandum extra urbem. — Usurpasne, quos tibi commodavi, libros? — Usurpo. — Licetne mihi cultrum tuum usurpare? — Licet tibi eum usurpare; sed cavendum est, ne te vulneres. — Licetne fratribus meis libros tuos usurpare? — Licet quidem iis eos usurpare, sed videndum

est, ne eos lacerent (*or non sunt iis lacerandi*). — Licetne nobis mensā tuā lapideā uti (*usitari*)? — Licet vobis eā uti, sed oportet caveatis, ne cam perdatis (*or sed non est vobis vitianda*). — Quo (*cuinam rei*) fratribus tuis opus est pecunia? — Opus est iis (*aliquantum ejus*) ad victum (*or ad sump-tum or unde vivant*). — Cui usui nobis hicce culter est? — Nobis est ad secandum panem nostrum, carnem nostram (*car-nes nostras*), et caseum nostrum. — Estne tempestas hodierna frigida? — Perfrigida est. — Visne ad focum (*ignem or car-bones*) accedere? — Accedere non queo (*non possum*); timeo enim, ne urar. — Quam ob rem amicus tuus de foco discedit (*abit*)? — Discedit ab eo, propterea quod timet (*metuit*), ne uratur. — Accedisne ad focum? — Vero, accedo (*appropin-quo*) ad eum propterea, quia valde algeo (*quippe qui valde algeam*). — Frigentne tibi manus? — Non manus, sed pedes mihi frigent (*Non frigent mihi manus, verum pedes*). — Abisne a carbonibus? — Abeo (*Discedo, sc. ab eo*). — Cur ab eo abis (*discedis*)? — Quia non algeo. — Utrum alges, an cales? — Ego neque algeo, neque caleo. — Quid causæ est, quod liberi tui ad focum appropinquent? — Appropinquant ob eam causam, quod algent (*Appropinquant, quippe qui algeant*). — Algetne aliquis? — Alget vero non nemo. — Quis alget? — Puerculus ille, cujus pater tibi equum (*unum*) commodavit, alget. — Cur non se (*or corpus*) calefacit (*refovet*)? — Prop-terea, quod pater ejus pecuniā, quā lignum emat, caret (*or pecuniam ad lignum emendum non habet*). — Visne ei dicere, ut sui calefaciendi causā (*or corporis refovendi causā*) ad me veniat? — Volo ei dicere hoc. — Numquid reminisceris? — Nihil reminiscor (*memini or recordor*). — Quid recordatur patruus tuus? — Promissa tua (*or promissorum tuorum*) recordatur (*reminiscitur*). — Quid ego ei promisi (*sum pollici-tus*)? — Promisisti ei, te proximā hieme cum eo in Germani-am iturum (*profecturum*). — Id facere (*efficere*) mihi proposi-tum est, si tempestas non nimis frigida est. — Sæpene tibi manus frigent? — Manus meæ nunquam fere frigent, pedes autem sæpe. — Quid est, cur a carbonibus discedas? — Ses-qui-hora jam est, cum ad carbones (*or carbonibus*) assedi; ut non amplius algeam (*or quapropter non amplius algeo*). — Ecquid amicus tuus carbonibus (*or foco, ad focum*) assidere non delectatur? — Immo vero valde delectatur foco assidere, sed non nisi alget. — Licetne ad patruum tuum accedere (*or patruum tuum convenire*)? — Licet ad eum accedere (*eum convenire*); neminem enim januā prohibet.



## 149. DICTATA CENTESIMA UNDEQUINQUAGESIMA.

Rasistine tibi barbam hodie? — Rasi (*or* Posui). — Posuitne frater tuus barbam? — Barbam suam non ipse posuit (*rasit or* totondit), sed a tonsore rasmus (*or* tonsus) est. — Rasitasne faciem tuam sæpe? — Ego barbam quotidie mane rado (*abrado, tondeo, pono*), et nonnunquam etiam vesperi. — Quando tu barbam vesperi ponere soles? — Quandocunque ego non apud memetipsum (*or* domi meæ) cæno. — Quam sæpe in die pater tuus barbam suam radere (*or* tondere) solet? — Semel tantum in die barbam radit (*tondet*); frater meus autem tam bene barbatus est, ut bis in die faciem rasitet necesse est (*or* rasitare coactus est). — Raditne avunculus tuus sæpe sibi barbam? — Non radit (*tondet*) nisi tertio quoque die; non est enim bene barbatus. — Quotâ horâ mane tu tibi vestes induis? — Induo me vestibus, simul ac jentavi; jentaculum autem sumo quotidie aut horâ octavâ aut quadrante horæ post octavam. — Num vicinus tuus sibi vestes induit, antequam jentat? — Immo vero prius jentat, quam se vestibus induit. — Quotâ horâ vesperi tu vestes tibi exuis? — Exuo mihi vestes, simul ac (*or* ubi) ex theatro reverti. — Inisne in theatrum quotidie vesperi? — Non in eo (*inire soleo*) quotidie vesperi; satius (*melius*) enim est, operam dare litteris, quam in theatrum ire. — Quotâ horâ tibi vestes exuis, quum in theatrum non inis? — Tum vestes mihi exuo, simul ac cibum vespertinum sumpsi, et cubitum eo (*in lectum me confero*) horâ decimâ. — Induistine jam infantem vestibus? — Nondum indui; nam adhuc dormit (*dormit enim etiam nunc*). — Quotâ horâ e lecto surgere solet? — E lecto surgit, simul ac expergefactus est. — Surgisne e lecto tam bene mane (*tam matutinus*), quam ego? — Haud scio quidem, quotâ horâ tu surgas; ego ipse autem, simul ac experrectus sum (*or* somno solutus sum), surgere soleo. — Visne servo meo dicere (*imperare*), ut cras mane me quartâ horâ expergeficiat? — Volo ei imperare. — Cur tu tam bene mane (*tam matutinus*) e lecto surrexisti? — Liberi mei tantum strepitum ediderunt (*tantopere inter se strepuerunt or* tam tumultuati sunt), ut me e somno excitarent. — Ecquid tu bene dormiisti? — Ego non bene dormivi; nam tu nimis tumultuabaris (*or* strepebas). — Quotâ horâ ego te expergefocere debeo (*or* te expergeficiam oportet)? — Licet tibi me cras mane horâ sextâ experge-

facere (e somno excitare). — Quotā horā expectatus est centurio bonus? — Expectatus est circiter quadrantem horæ post quintam mane.

### 150. DICTATA CENTESIMA QUINQUAGESIMA.

Quando hic homo in puteum descendit? — Descendit (in eum) hodie mane. — Ecquid inde rursus ascendit? — Vero, abhinc horam ascendit. — Ubi est frater tuus? — In cubiculo suo est. — Visne ei dicere, ut descendat? — Dicere ei non nolo; sed nondum vestibus indutus est. — Num est amicus tuus in monte etiam nunc? — Immo vero jam inde descendit. — Descendistisne hunc fluvium, an ascendistis? — Descendimus. — Cœnavitne jam amicus tuus? — Cœnavit, simul ac ex equo descendit (desiluit). — Dormitne jam avunculus tuus? — Credo (Puto), eum dormire; cubitum enim ivit, simul ac ex equo descendit. — Locutusne est ad te consobrinus meus, priusquam profectus est? — Locutus est ad me, antequam in pilentum escendit. — Vidistisne fratrem meum? — Vero, videbam eum, antequam (in) navem ascendi. — Quomodo se gerebat filius meus? — Bene se gerebat. — Qualem se frater meus erga te præbebat (præbuit)? — Honestè se erga me gerebat; nam se erga omnes bene gerere solet. — Est operæ pretium, litteras ad hominem illum dare (mittere)? — Non est operæ pretium (litteras ad eum dare). — Pretiumne est, ex equo (*or* ex curru) descendere, ut placentam emamus (*or* placentæ emendæ causâ)? — Non pretium est; nam haud dudum est, ex quo manducavimus. — Estne mihi operæ pretium, ex equo descendere, ut homini illi pauperi (egenò) aliquid dono dem? — Est; nam egens esse videtur; sed tamen ei aliquid dare potes non descendens. — Meliusne est in theatrum ire, quam operam dare litteris? — Satius est facere hoc, quam illud. — Præstatne ire cubitum, quam ambulatum? — Præstat facere hoc, quam illud. — Meliusne (Satiusne) est in pilentum escendere, quam in navem? — Non operæ pretium est aut in pilentum aut in navem escendere, quum (*or* si) nos iter facere non cupiamus.

### 151. DICTATA CENTESIMA UNA ET QUINQUAGESIMA.

Conduxistine jam cubiculum? — Ego jam unum conduxī.  
 — Ubi id conduxisti? — In viā Wilhelminā, numero centesimo uno et quinquagesimo (id conduxī). — In cujus domo id conduxisti? — In domo ejus hominis, cujus filius tibi equum vendidit. — Cui cubiculum conduxit pater tuus? — Conduxit unum filio suo, qui modo ex Germaniā advenit. — Dimisistine (Absolvistine) tandem illum hominem? — Dimisi (Absolvi). — Quam ob rem pater tuus equos suos missos fecit (dimisit *or* vendidit)? — Quod eorum non amplius indiguit (egebat). — Ecquid tu servum tuum missum fecisti (dimisisti)? — Dimisi eum propterea, quia (*or* quod) mihi non amplius parate serviebat (ministrabat). — Quā de causā tu pileum tuum vendidisti? — Propterea, quod non amplius itinera facio. — Contigitne tandem mercatori tuo, ut saccharum suum deperditum extruderet (venderet)? — Contigit ei, ut id extruderet (venderet). — Vendiditne id pecuniā non præsenti (*or* die cæcā)? — Immo id pecuniā numeratā vendere potuit, ut die cæcā non vendiderit. — Sperasne, te mature Lutetiam adventurum? — Spero, me quadrante horæ post octavam eo adventurum; nam pater meus me hodie vesperi expectat. — Quā re commutavisti pileum tuum, quo non amplius usitabarīs? — Commutavi id cum equo Arabico pulchro. — Visne librum tuum (cum) meo permutare? — Facere non possum (non queo); nam mihi opus est ad linguam Germanicam discendam. — Quid est, cur caput tuum nudes (Quam ob rem pileum tuum capiti detrahīs)? — Caput nudo, quia meum olim (*or* quondam) magistrum scribendi venire (venientem) video. — Mutasne pileum, ut in forum eas? — Eum non muto, ut in forum eam, sed (verum) ut concentum magnum obeam.

### 152. DICTATA CENTESIMA ALTERA ET QUINQUAGESIMA.

Cur vestem (vestes) mutat pater tuus? — Ad regem adire cogitat (*or* Ad regem iturus est), ut eum vestes mutare oporteat (*or* quam ob causam oportet vestem mutet). — Mutavistine pileum tuum, ut ad centurionem Anglum (Anglicum)

adires? — Mutavi; non mutavi autem pileum et caligas. — Quam sæpe (Quoties) in die tu vestem mutare soles? — Vestem muto, ut cœnem, et iterum, ut in theatrum eam. — Ecquid indusium frequenter mutas? — Vero, id quotidie mane muto. — Quando indusium suum mutat pater tuus? — Id mutat, quandocunque saltatum it. — Mutatne focale tam sæpe, quam tu (æque sæpe ac tu *or* tecum)? — Immo sæpius, quam ego muto; id enim scixies in die facere solet. — Mativistine equos sæpe (frequenter), quum iter Vindobonam faceres? — Mutavi eos tertiã quãque horã. — Visne mihi hunc aureum permutare? — Vero, ego tibi eum permutaturus sum; quid nummorum invicem vis? — Invicem volo thaleros, florenos, et kreutzeros (*or* Ego eum thaleris, florenis, et kreutzeris permutare cupio). — Ecquid tu per litteras agis cum amico meo? — Etiam, cum eo ago (*or* Factum est). — Quam longum tempus tu cum fratre meo per litteras agis? — Ego jam ad sextum annum litterarum commercio cum eo usitor. — Quã de causã tu te hominibus illis immisces (inseriris)? — Ego me iis immisceo (insero), ut cognoscam, quid de me dicant (ajant). — Recognovistine patrem tuum? — Tam diu erat, ex quo eum non videram, ut eum non cognoscerem. — Loquerisne Latine etiam nunc? — Tam diu est, ex quo (*or* cum) non locutus sum, ut colloqui fere omnino oblitus sim.

### 153. DICTATA CENTESIMA QUINQUAGESIMA TERTIA.

Prodibitne pater tuus hodie in publicum? — Prodibit, si tempestas est (*or* erit) serena. — Ecquid soror tua in publicum prodibit? — Prodibit, nisi tempestas ventosa est (sit). — Amabisne fratrem meum? — Vero, eum toto pectore amabo, si tam bonus est (*or* sit), quam tu. — Num parentes tui cras rus ibunt? — Non ibunt; est enim nimis pulveris (nam viã nimis pulverulentã sunt). — Ibimusne ambulatum hodie (Num nos hodie spatiabimur)? — Non ambulatum ibimus; nam viã nimis lutulentã sunt (est enim nimis luti foris). — Perspicisne (Videsne) cognati mei castellum pone (post) illum montem? — Perspicio (Video). — Inibimusne? — Inibimus, si tibi collibet. — Inibisne (in) illud cubiculum? — Non inibo; nam fumat (inest enim fumus). — Saluto te mane, domina. — Non intro venies (*or* venire vis)? — Nonne resides (assides *or* assidere vis)? — Vero, in sellã illã magnã resi-

dam. — Dicesne mihi (*or* Visne mihi dicere), quid de fratre tuo factum sit? — Tibi dicam (Dicere tibi non nolo). — Hic est sella, in quā sæpe residebat. — Quando mortuus est? — Supremum diem obiit abhinc duos annos. — Id vehementer doleo (Hoc est mihi permagno dolori). — Numquid omnem tuam pecuniam expendisti? — Ego non omnem expendi. — Quanta tibi reliqua est (Quantum ejus reliquum habes)? — Haud multum ejus reliquum habeo; unum tantum florenum reliquum habeo. — Quantam pecuniam sorores tuæ reliquam habent? — Tres tantum thaleros reliquos habent. — Satisne tibi reliquum est pecuniæ, quā sartori tuo debita solvas? — Est mihi quidem satis reliquum, quā ei debita solvam; sed si ei solvero, non mihi reliquum erit nisi pauxillum (*or* paulum tantum reliquum habeo). — Quantam pecuniam reliquam habebunt fratres tui. — Reliquos habebunt centum thaleros. — Loquerisne ad avunculum meum, si eum videbis (vides *or* videas)? — Si eum videbo (video *or* videam), ad eum loquar (cum eo colloquar). — Ibisne ambulatum cras (Spatiaberisne crastino tempore)? — Si tempestas est (erit) serena, ambulatum ibo; si autem mala est (erit, sit), domi me tenebo. — Solvesne sutori tuo debitum? — Solvam, quod ei debeam, si pecuniam meam cras accipio (*or* accipiam). — Cur tu abire vis? — Si pater tuus veniet (venit *or* veniat), non abibo; si autem non veniet, necesse est, ut abeam. — Quin assidis (considis, residis)? — Si tu mecum manebis (manere vis), residam; si autem abibis, tecum unā simul discedam. — Ecquid tu liberos meos amabis? — Si bene morati assiduique sunt, eos amabo; si autem segnes nequamque sunt, ego eam despiciatui habeo atque poenā afficiam. — Licetne mihi hoc pacto loqui (Estne fas, me his verbis loqui)? — Non erras (Non nefas est).

#### 154. DICTATA CENTESIMA QUINQUAGESIMA QUARTA.

Quando in Italiam ibis? — Ibo, simul ut linguam Italicam didicero. — Quando fratres tui in Germaniam proficiscentur? — Proficiscentur eo, simul ut Germanice sciverint (linguæ Germanicæ scientes fuerint). — Quando (eam) discent? — Discent (eam), quum præceptorem idoneum invenerint. — Quanta pecunia nobis erit reliqua, quum equi nostri pretium persolverimus? — Quum id solverimus, nihil reliquum habebi-

mus nisi centum thaleros. — Nuntiavistine fratri meo, me pilentum vendere coatum fuisse? — Id ei nuntiavi. — Dedistine litteras ad eundem hominem, ad quem pater meus dederat? — Litteras non ad eundem dedi, verum (sed) ad alium. — Ecquid tibi jam rescripserunt? — Adhuc non (*or* Nondum) rescripserunt; spero autem, me hebdomade proximā litteras accipere (*or* accepturum). — Num tu unquam hominem hujusmodi vidisti? — Nunquam vidi hominem ejusmodi (Ego talem hominem nunquam vidi). — Spectavistine (Vidistine) jam templum nostrum? — Nondum spectavi. — Ubi (Quo loco) situm est? — Extra urbem situm est. Si (id) spectare (videre) vis, tecum unā simul ibo, ut id tibi monstrem. — Quis adest? — Ego sum. — Qui sunt illi homines? — Peregrini sunt, qui tecum colloqui volunt (*or* qui te convenire cupiunt). — Cujates sunt? — Americani sunt. — Ubi fuistis, ex quo ego vos non vidi? — Ad litus longum tempus commorati sumus, quoad (donec) navis quædam advenit, quæ nos in Francogalliam portavit. — Visne narrationem tuam persequi (continuaré)? — Vix nos in Francogalliam advenimus, quum ad regem deducti sumus, qui nos benigne excepit, nosque in patriam propriam remisit. — Quem quæris? — Puerculum meum quæro. — Si eum invenire vis, eundem tibi est in hortos; nam ibi est. — Horti ampli (spatiosi) sunt, et invenire eum non potero, nisi mihi dicas (indices), quā in parte horticum sit. — Sub arbore sedet, sub quā (ubi) nos heri residebamus (considebamus). — Nunc eum inveniam.

### 155. DICTATA CENTESIMA QUINQUAGESIMA QUINTA.

Cur liberi tui non in Francogalliā habitant (incolunt)? — Linguam Anglicam discere volunt (cupiunt); ea est causa (*or* en causa), cur (propter quam) in Angliā habitant. — Quā de causā tu foco assides (ad *or* juxta focum resides)? — Algeo manibus et pedibus; en causa (ea est causa), propter quam foco assideam (apud carbones sedeam). — Quo (cibo) vescuntur homines, qui juxta litus habitant (incolunt)? — Piscibus solum vescuntur. — Cur tu non amplius venatum is? — Ego totum hesternum diem venabar (in venatione eram), et nihil necavi nisi unam avem turpem; en causa (hæc est causa), cur non amplius venatum ibo. — Cur non edis (ēs *or* manducas)? — Non edam (manducabo), prius-

quam cibum appetam (libenter sumam). — Quā de causā frater tuus tantum cibi sumit (tam edax est)? — Cibum libenter sumit; en causa, cur tam edax est. — Si libros, quos tibi commodavi, perlegisti (perlegeris), quid est, cur mihi eos non reddas? — Ego eos denuo (iterum *or* rursus) legere cogito; en causa, cur eos tibi adhuc non reddiderim; sed tibi eos reddam, simul ut eos iterum perlegero. — Quin mihi vestes meas attulisti? — Non confectæ (paratæ) erant; quā de causā (*or* quapropter) eas non attuli; nunc autem (eas) affero; eccas adsunt. — Tu pensum tuum didicisti; quid est, cur (quod) soror tua suum non didicerit? — Ea cum matre meā simul ambulatum abiit; hæc causa est, cur id (= pensum suum) non didicit (didicerit); discet id autem cras. — Quando tu exercitia (*or* dictata) mea emendabis (corriges)? — Emendabo ea tum, quum mihi illa sororis tuæ attuleris. — Putasne, te in iis peccavisse (offendisse)? — Nescio (Non *or* Haud scio). — Si peccaveris, pensis tuis non bene studuisti; pensa enim bene ediscenda sunt, si ea vitiis carere (sine vitiis esse) vis. — Nihil interest; si mihi ea hodie non emendas (corrigris), ea ante diem crastinum non discam. — Oportet tu in exercitiis (dictatis) tuis scribendis non offendas (pecces); nam omnia habes, quæ tibi opus sint, ut ea omnino vitiis pura scribas (peragas).

## 156. DICTATA CENTESIMA QUINQUAGESIMA SEXTA.

Quomodo se habet (valet) pater tuus? — Non valet nisi sic satis (Parum tantum valet). — Quomodo se habet æger tuus? — Aliquantulo melius se habet hodie, quam heri (*or* hesterno tempore). — Estne diu, ex quo fratres tuos non vidisti? — Vidi eos abhinc duos dies (duobus diebus *or* ante hos duos dies). — Quomodo valent? — Admodum bene valent. — Tu quomodo te habes? — Ego me satis bene habeo (Mediocriter valeo). — Quam diu est, cum frater tuus linguam Germanicam discit? — Tres tantum menses sunt, ex quo eam discit (Tertium solum mensem eam discit). — Ecquid eā jam loquitur? — Vero, eā jam loquitur, legit, scribitque, scientius quidem, quam patruelis tuus, qui eam per hos quinque annos discibat (discit). — Diune est, ex quo (cum *or* quod) ab avunculo meo nuntium accepisti? — Vix tres menses sunt, cum nuntium ab eo accepi. — Quo loco tum (eo tempore)

morabatur? — Berolini morabatur; in præsentī (*or* nunc) autem Londini est. — Colloquerisne libenter cum patruo meo? — Vero, ego libentissime cum eo colloquor; illud autem mihi non jucundum est, quod me illudat (derideat). — Quam ob rem te illudit (deridet)? — Me ideo deridet, quia male loquor (Me illudit, quippe qui inepte loquar). — Quid causæ est, quod frater tuus amicis careat? — (Amicos sibi) nullos habet propterea, quod neminem non carpit (*or* quod omnes cavillatur). — Quomodo tu tibi victum paras (quæritas)? — Ego mihi victum laborando (opere faciendo) quærito. — Ecquid amicus tuus victum sibi scribendo quæritat (parat)? — Quæritat eum dicendo et scribendo. — Num homines hinc nobiles victum sibi laborando (opere faciendo) parant (quæritant)? — Non sibi victum ullâ re faciendâ parant; nam nimis segnes ad laborandum sunt (segniores sunt, quam ut *or* qui laborent). — Videsne, quid fecerit? — Video. — Scivitne (Sciebatne), te advenisse? — Non scivit (Non sciebat *or* Nesciebat). — Egone tibi suasi, ut scriberes? — Me non rogavisti. — Ecquis (Num quis) ita cæcus est, ut hoc non intelligat? — Nemo ita cæcus est. — Hortabaturne (Hortatusne est) nos, ut librum ipsius legeremus? — Vero, nos hortabatur (hortatus est), ut eum studiosè legeremus. — Eratne in eo, ut evaderet? — Non erat. — Teneri non potuit, quin evaderet. — Nihil eum impedire potuit, quo minus evaderet.

### 157. DICTATA CENTESIMA QUINQUAGESIMA SEPTIMA.

Quâ re faciendâ (*or* Quomodo) tu pecuniam illam lucratus (consecutus *or* nactus) es? — Ego eam laborando (*or* operando) lucratus (*or* nactus) sum. — Quid de vino tuo fecisti? — Ego id super mensam profudi. — Ubi est tuum? — In cubiculo meo parvulo super mensam magnam est; sed non est tibi de eo bibendum (*or* sed cave, ne de eo bibas); nam servandum est mihi patris causâ, qui ægrotus est. — Esne paratus ad proficiscendum unâ mecum? — Paratus sum. — Cur tu hominem illum illudis (derides)? — Non est mihi voluntas ejus illudendi. — Te rogo, ne id facias; nam si eum illudas (derideas), pectus ejus (*or* ei) vulnerabis (*or* percuties). — Quam ob rem hominem illum patibulo affixerunt (arbori infelici suspenderunt)? — Patibulo eum propterea affixerunt, quod aliquem necaverat. — Suspenderuntne arbori infelici



hominem, qui fratri tuo equum surripuit (equum a fratre tuo furatus est)? — Pœnā eum quidem affecerunt, sed non patibulo affixerunt; nam nostrā in terrā (patriā) neminem patibulo affigere solent, nisi (*or* præter) latrones (*or* latrones solos arbori infelici suspenderunt). — Ubi tu togam meam invenisti? — Ego eam in conclavi cæruleo inveni; de clavo pendebat. — Visne pileum meum arbori (*or* de arbore) suspendere? — Volo eum de eo suspendere. — Dubitasne de eo, quod tibi dico? — Non dubito (In dubium non voco). — Dubitasne id, quod ille homo tibi narravit? — Dubito (In dubium voco); sæpe enim mihi, quod non verum fuit (erat), narravit. — Cur tu promissa tua non servasti (effecisti)? — Ego non jam scio, quid vobis promiserim (pollicitus sim). — Nobis nonne promisisti, te nos die Jovis ad concentum deducturum? — Confiteor (Fateor), me hoc promisisse (pollicitum esse); sed locus concentui non datus est. — Fateturne frater tuus errorem (*or* vitium) suum? — Fatetur. — Quid ait (dicit) avunculus tuus de illā epistolā? — Ait quidem, eam optime scriptam esse; sed tamen fatetur, se erravisse, quod eam ad centurionem misisset. — Confiterisne nunc errorem tuum? — Fateor, illud (*or* id) esse errorem (*or* vitium). — Emistine tandem equum, quem emere voluisti? — Quomodo ego equum emerem, si pecuniam comparare non possim? — Nisi mihi debitum solvis (solveris), ego ire non potero. — Oportuitne me heri rus ire? — Te hoc facere oportuit (*or* Id facere debebas *or* debuisti). — Tu filium tuum instituire atque erudire debuisti. — Hæc epistola tibi scribenda erat (*or* fuit). — O quam facile erat (fuit), pensum tuum discere! — Longe utilius fuit (erat) domi se tenere. — Novistine illum hominem? — Quisquis est, nosse ego eum non cupio. — Utcunque sese res habet, officium tuum non servasti. — Sive hinc abis, sive manes, mihi perinde est. — Scribendum mihi erit, sive ægroatus sum, sive valeo.

### 158. DICTATA CENTESIMA DUODESEXAGESIMA.

Nonne miraris factum amici mei (*or* id quod amicus meus fecit)? — Id (illud) valde demiror. — Quid filius tuus miratur? — Fortitudinem tuam miratur. — Dolesne, quod litteras ad patrum meum dedisti (*or* te litteras ad patrum meum dedisse)? — Immo potius id gaudeo (lætor). — Quid doles

(Quid tibi dolori est)? — Non doleo inimici mei felicitate, verum amici mei morte. — Quomodo se habent fratres tui? — Bene (commode, belle, recte) se his paucis diebus habebant. — Gaudesne hoc (Estne tibi hoc gaudio)? — Gaudeo audire, quod commode valeant. — Num tu Saxo es? — Non vero, ego Borussus sum. — Ecquid Borussi linguam Franco-gallicam libenter discunt? — Vero, eam libenter discunt. — Loquuntur Borussi Germanice æque bene (belle), atque Saxones? — Saxones et Borussi linguâ Germanicâ bene loquuntur (utuntur); Austriaci autem eam non pure efferunt. — Quem hebdomadis diem agunt (*or* festum habent) Turcæ? — Festum habent diem Veneris; Christiani autem diem solis, Judæi diem Saturni, et Æthiopes (diem) natalem suum agunt. — Habetne soror tua tæniam meam auream? — Non habet. — Quis lagenam meam magnam habet? — Soror tua eam habet. — Videsne (Visisne) tu aliquando matrem tuam? — Sæpe eam video (viso). — Quando tu sororem tuam vidisti (visisti)? — Vidi (Videbam) eam abhinc tres menses et dimidium. — Quis nuces meas bellas habet? — Soror tua bona eas habet. — Ecquid illa et furcas meas argenteas habet? — Eas non habet. — Quid frater tuus queritur? — Queritur, dextram ei dolere (quod dextrâ manu ægrotet). — Quam lagenam sororcula tua fregit? — Fregit illam, quam mater mea heri emerat (comparaverat). — Utrum tu de meo jusculo, an de matris meæ, sorbuisti. — Non sorbui nec de tuo nec de matris tuæ, verum de illo sororis meæ bonæ. — Vidistine mulierem, quæ hodie mane apud me (mecum) fuit? — Eam non vidi. — Fecitne sibi mater tua aliquid doloris? — Nihil sibi doloris effecit. — Ægrotasne naso (naribus)? — Non ego naso, verum alterâ manu ægrotō. — Num tibi digitum vulnerasti? — Non vero, domina; manum vulneravi (incidi). — Visne mihi pennam (calamum) dare? — Volo tibi unam dare. — Visne (habere) hanc, an illam? — Neutram volo. — Quam (habere *or* possidere) vis? — Illam volo, quam soror tua habet. — Potesne hac pennâ scribere? — Possum eâ scribere. — Tenebisne te domi, an equitabis extra urbem, an pilento (rhedâ, curru) vectaberis? — Domi me tenebo. — Abluitne sibi manus an pedes? — Utrumque factum est. — Didicit pensum suum, an non? — Didicit. — Non didicit. — Næ tu vehementer erras, si te laudatum iri putas, nisi assiduus es (sis).

## 159 DICTATA CENTESIMA UNDESEXAGESIMA.

Haberesne pecuniam, si pater tuus hic adesset? — Haberem (ejus nonnullum), si adesset. — Ecquid tu contentus fuisses, si ego libros aliquot habuissem? — Valde ego contentus fuisset, si tu nonnullos habuisses. — Si ille bene moratus fuisset, ego eum certe (profecto) non modo (or solum) laudavissem, sed etiam (or et) amavissem, honoravissem, atque præmiis ornavissem. — Laudaremur nos, si pensa imperata (dictata or exercitia) perageremus (scriberemus)? — Si ea sine ullo vitio (mendo) perageretis (scriberetis), laudaremini et præmiis ornaremini. — Ecquid frater meus pœnā non affectus esset (fuisset), si pensa sua imperata peregisset (dictata sua scripsisset)? — Non affectus esset pœnā, si ea peregisset (scripsisset). — Laudatane esset soror tua, nisi (or nī) sollers (perita) fuisset? — Ea certe non laudata esset (fuisset), nisi solertissima fuisset, et nisi a primā luce usque ad vesperam laboravisset. — Daresne mihi aliquid (dono), si optime (egregie) moratus essem? — Si optime moratus esses, et si diligenter laborares, ego tibi librum pulchrum darem. — Dedisses litteras ad sororem tuam, si ego Dresdam profectus essem? — Vero, ego et litteras ad eam dedissem, et ei aliquid pulchri misissem, si tu eo profectus esses. — Loquererisne, si ego tibi aures darem? — Loquerer, si mihi aures dares, et si mihi responderes. — Locutusne esses ad matrem meam, si eam vidisses? — Si eam vidissem, ad eam locutus essem, eamque rogavissem, ut mihi horologium aureum pulchrum mitteret. — Si homines illi venirent, dandum tibi esset iis aliquid ad bibendum. — Hoc si facere posset, illud faceret. — Rusticus quidam, quum observasset, senes perspicillis ad legendum usitari solere, ad hominem optices gnarum adiit, et unum postulavit. Rusticus tum librum aliquem in manum sumpsit, et quum eum aperuisset, non bonum, inquit, esse (perspicillum). — Homo optices gnarus deinde aliud ex iis, quæ in tabernā suā præstantissima reperire posset, naso illius imposuit; sed quum rusticus tum etiam legere non quiret, “Mi amice,” inquit illi mercator, “fortasse tunc artis legendi prorsus imperitus es?” “Si peritus essem,” respondit rusticus, “non opus mihi esset perspicillo tuo.” — Semper ego mihi blanditus sum, frater mi carissime, te me tantopere amare, quantopere tu a me amaris (or ego te amo); sed nunc me falsum esse perspectum habeo. Scire velim,

quid causæ sit, cur tu sine me ambulatum ires? — Comperi (*or* Accepi), soror mea carissima, te mihi succensere, quod sine te ambulatum ierim. — Affirmo tibi, si scivissem, te non ægotam esse, me te arcessiturum (abducturum) fuisse; sed medicum de valetudine tuâ interrogavi, qui mihi respondit, te his octo diebus lecto affixam fuisse.

### 160. DICTATA CENTESIMA SEXAGESIMA.

Age, facitne soror tua progressus? — Progredere, si æque assidua (diligens) esset, atque (ac *or* quam) tu. — Mihi blandiris. — Affirmo tibi, me magnopere contentum futurum (esse), si omnes meorum discipulorum laborarent, quantum tu (*or* tam laboriosi essent, quam tu). — Quin tu hodie in publicum prodis? — In publicum prodirem, si tempestas esset serena (*or* si sudum esset cœlum). — Eritne mihi cras voluptas tui videndi? — Veniam, si vis (si hoc tibi placet). — Aderone ego hic (hoc loco) etiam tum, quum tu adveneris? — Eritne tibi occasio in urbem eundi hodie vesperi? — Haud scio, sed ego nunc eo irem, si mihi esset potestas (opportunitas). — Non esset tibi tantum voluptatis (tanta felicitas), neque tam beatus (felix) esses, nisi (*or* ni) amicos et libros haberes. — Nunquam humanum genus in vitæ curriculo tam multas res ad-versas experirentur, neque tam infelix (miserum) essent, si non tam (*or* minus) cæcum essent. — Non tibi esset illa (*or* talis *or* tanta) erga pauperes inhumanitas, nec precibus eorum tam surdus esses, si tu ipse aliquamdiu in miseriis fuisses (*or* versatus esses). — Hoc non diceres, si me familiariter uteris. — Quin soror tua exercitia (dictata) sua peregit (scripsit)? — Peregisset (Scripsisset) ea, nisi retardata (impedita) esset. — Si plus laborares, sæpiusque loquereris, tu melius loquereris. — Affirmo tibi (Persuadeas tibi volo), domine, me diligentius (melius) disciturum, si mihi esset amplius spatii (temporis *or* otii). — Non de te, sed de sorore tuâ queror. — Non fuisset tibi causa de eâ querendi, si habuisset spatium ad perficiendum, quod ei faciendum (discendum) mandavisses. — Quid dixit tibi frater meus? — Dixit mihi, se omnium humani generis beatissimum futurum esse, si linguæ Latinæ, quæ omnium linguarum pulcherrima sit, sciens esset. — Scire velim, quid sit, quod ego non æque scienter (elegantem) tecum loqui possim? — En causa (*or* Dicam tibi causam): Tu æque scienter loquereris atque ego, si non tam timidus (minus timi-

dus) esses. Sin autem pensis tuis majore cum curâ studu-  
 isses, loqui non metueres; nam, ut bene loquamur, discendum  
 est (diligentia adhibenda est); et par est, ut, qui non bene  
 scit, quod didicerit, timidus sit. — Tu non tam timidus (minus  
 timidus) esses, si tibi persuasum esset, te non peccaturum. —  
 (Homines) sunt, qui rideant, quum ego loquor. — Homines  
 inurbani sunt; tu modo itidem rideas oportet, et te illudere  
 desinent. — Si faceres, quod ego facio, bene (scienter, elegan-  
 ter, belle) loquereris. — Operam te quotidie paulisper studiis  
 dare oportet, et loqui brevi non amplius timebis. — Contendam  
 (Enitar), ut consilium tuum sequar (consilio tuo obtempe-  
 rem); stat mihi enim, quotidie mane horâ sextâ e lecto sur-  
 gere, exinde usque ad decimam litteris operam dare, et mature  
 me in lectum conferre. — Filius tuus assiduor esset vellem. —  
 Diligentiores simus. — Consilio amicorum suorum aures dent  
 (auscultent), neve ad verba sapientiæ surdi sint. — Immite-  
 mus optimos et sapientissimos humani generis (*or* inter homi-  
 nes). — Scisne, quid hoc sit? — Nescio (Haud scio), quid sit.  
 — Nescio, utrum in publicum proditurus, an domi permansu-  
 rus sit. — Scisne, utrum litteras suas concluderit, an non? —  
 Haud scio. — Quæso, ne scribas. — Taceas (*or* Tace), sis.

### 161. DICTATA CENTESIMA UNA ET SEXA- GESIMA.

Ubi est consobrinus tuus? — In culinâ est. — Quo loco  
 mater tua est? — In templo est (Sacris publicis adest). —  
 Ivitne soror tua in ludum litterarum? — Vero, eo ivit. — Itne  
 (Itatne) mater tua sæpe in templum? — Eo itat quotidie et  
 mane et vesperi. — Eo itat, simul ac e lecto surrexit. — Quo-  
 tâ horâ surgit (surgere solet)? — Sole oriente surgit (surgere  
 solet). — Isne hodie in ludum litterarum? — Eo. — Quid in  
 ludo (in scholâ) discis? — Disco ibi artem legendi, scribendi  
 atque dicendi (loquendi). — Ubi est amita (matertera) tua?  
 — Comœdiam (fabulam) spectatum ivit cum sororculâ meâ.  
 — Num sorores tuæ hodie vesperi drama musicum auditum  
 eunt (*or* ibunt)? — Non vero, domina; in ludum saltatorium  
 eunt (ibunt). — Venatumne ivit pater tuus? — Venatum ire  
 non potuit; nam gravedine laborat. — Delectarisne venatum  
 ire (*or* venationibus)? — Piscari malo (potius *or* magis),  
 quam venatum ire. — Estne pater tuus ruri etiam nunc? —  
 Vero, domina; est ibi etiam nunc. — Quid agit ibi? — Vena-

tum ibi et piscatum it (ire solet). — Esne venatus (*or* Venabarisne), quum ruri esses? — Venabar vero totum diem. — Quam diu tu apud matrem tuam commoratus es? — Commorabar apud eam totum vesperum. — Diune est, cum in castello (non) adfuisti? — Hebdomade præteritâ ibi adfui. — Invenistine ibi multos homines? — Immo ego ibi nisi tres personas neminem inveni (Tres tantum personas ibi inveni). — Qui erant illæ tres personæ? — Comes, comitissa, et eorum filia erant. — Ecquid hæ puellæ æque bonæ (bene moratæ) sunt, atque (ac, quam) fratres earum? — Immo potius meliores illis sunt. — Possuntne sorores tuæ Germanice loqui? — Haud possunt (Non queunt); sed discunt. — Ecquid tu matri tuæ attulisti? — Vero, ego ei bona poma pulchramque scribitam attuli. — Quid vobis attulit sororis (*or* fratris) filia? — Attulit nobis bona cerasa, bona fraga, atque bona mala Persica. — Amasne (Appetisne) mala Persica? — Valde (ea) amo (appeto). — Quot mala Persica tibi dedit vicina tua? — Dedit mihi eorum plus viginti. — Edistine hoc anno multa cerasa? — Vero, ego eorum multa edi (manducavi). — Num reperta sunt anno præterito (proxime elapso) multa pira? — Non multa (Pauca tantum) reperta sunt. — Legistine hodie acta diurna (*or* acta hodierna)? — Legi. — Inestne quidquam novi? — Nihil ego novi in iis legi (*or* Ego nihil, quod novi inesset, legi). — Editne, ut vivat, anne vivit, ut edat? — Vivit, ut edat. — Cur tu linguæ Latinæ operam das? — Operam eæ do, ut eâ legam, loquar, atque scribam (ut eam legere, loqui scribereque possim). — Estne tam nequam (tam malis moribus), ut pœnâ afficiatur necesse sit (*or* ut pœnâ afficiendus sit)? — Est. — Hortatusne te est pater tuus, ne fabulam spectatum ires? — Me rogavit atque obsecravit, ne adirem. — Ægrotus erat hesterno tempore, ut ad scholam venire non posset. — Timesne, ne pluat hodie? — Immo potius timeo, ut (ne non) pluat. — Vereturne frater tuus Latine (linguâ Latinâ) loqui? — Veretur; est enim adhuc linguæ imperitus. — Oportet diligentior sit, ut facilius loqui possit. — Ego tibi hoc consilii do, non quod (*or* quia) te eo egere arbitror, sed ut tibi animum addam. — Teneri (*or* Facere) non possum, quin ad te scribam (litteras ad te dem). — Non est dubium, quin recte loquar. — Ego non dubito, quin cras adventurus sit. — Tene impedire potest, quin (quominus) progrediari? — Me non impedire potest. — Teneri non potuit, quin fletet (lacrimas effunderet), quum audivisset, te tam miserum tamque infelicem esse. — Quid nos impedire potest (possit), quin

(*or* quominus) beati (felices) simus? — Nihil obstat, quominus tam beati simus, quam qui beatissimi.

## 162. DICTATA CENTESIMA ALTERA ET SEXAGESIMA.

Visne hodie apud nos cœnare? — Libentissime (*or* Cum multâ voluntate). — Quid vobis ad cœnandum est (Quid habetis, quo cœnemus)? — Nobis est bonum jusculum, bona carotum recens tum sale condita, atque cibaria salsa. — Appetitne (Amasne) lactentia? — Ego ea libentius manduco, quam quævis inter omnia alia cibaria. — Esne paratus ad cœnandum? — Paratus sum. — Cogitasne brevi proficisci? — Ego hebdomade proximâ proficisci cogito. — Facisne iter solus? — Non, domina, ego unâ cum avunculo (patruo) meo iter facio. — Utrum iter facitis pedestre, an curru (pilento) vehimini? — Curru vehimur. — Venistisne alicui obviam in vestro (ad) Berolinum itinere? — Vero, obviam venimus multis viatoribus. — In quâ re tu hac æstate tempus consumere cogitas? — Ego iter breve conficere cogito (Stat mihi iter breve facere). — Ivistine multum (longe) pedibus in ultimo tuo itinere? — Ego quidem pedibus ire valde (vehementer) delector; sed patruus meus pilento vectari gaudet. — Ecquid is pedibus ire nolebat? — A primo pedibus ire volebat, sed, quum aliquot gradus fecisset (*or* aliquot gradibus factis), pilentum ascendere voluit, ut ego pedibus non longule (multum) ierim (*or* quapropter ego pedibus non longe progressus sum). — Quid agebatis hodie in scholâ? — Auscultati sumus nostro præceptori, qui multa de Dei benignitate verba faciebat. — Quid dixit? — Quum dixisset: “Deus est auctor et cœli (cœlorum) et terræ (mundi); reverentia Domini initium sapientiæ est.” “Repetitio,” tum inquit, “studiorum mater est, et bona memoria permagnum est Dei beneficium.” — Quin tu diutius in terrâ Batavorum moratus es? — Quum ibi essem, sumptus ad victum tanti erant (fiebant), ut pecunia, quâ diutius mansissem, mihi non satis esset (non sufficeret). — Qualis (Cujusmodi) erat tempestas, quum tu in itinere Vindobonam (versus) esses? — Pessima erat tempestas; nam cœlum erat procellosum, et nixit, et vehementer pluit. — Ut mihi otium sit ad librum legendum! — Utinam mihi esset oportunitas faciendi id, quod tu fecisti! — Utinam ille ne litteras illas scripsisset! — Similiter facis ac si mœstus sis; quid tristis es?

### 163. DICTATA CENTESIMA SEXAGESIMA TERTIA.

Quid agis totum diem istis in hortis? — Ego in iis ambulo (spatior). — Quid inest, quod te attrahat (alliciat)? — Cantus avium me attrahit (allicit). — Ecquæ luciniæ insunt? — Insunt vero aliquot, et eorum cantûs harmonia me permulcet (admiratione afficit). — Quâ re faciendâ sororis tuæ (fratris tui) filia tempus fallit suâ in solitudine? — Multum legit et litteras ad matrem suam mittit. — In quâ re patruus tuus tempus fallit suâ in solitudine? — Versatur in arte pingendi et in chymicâ. — Mercaturam facit non amplius? — Non amplius facit (Non amplius negotiatur); nam senior (*or* ætate gravior) est, quam ut hoc faciat. — Cur se rebus tuis immiscet? — Alienis negotiis se immiscere non solet; meis autem se idcirco immiscet, quia me amat. — Jussit te magister tuus hodie pensum tuum iterare? — Jussit me id iterare (repetere, retractare). — Idne scivisti? — Vero, id mediocriter bene scivi (didici). — Scripsistine etiam (quoque) aliquot dictata? — Scripsi vero nonnulla; sed quid, quæso, tibi cum illâ re (quid hoc tuâ refert)? — Non ego me negotiis immiscere soleo, quæ nihil ad me attineant (quæ meâ nihil intersint); sed te tantopere amo, ut meâ multum referat, quod facias. — Ecquis de te laborat (Esne tu alicui curæ)? — Nemo de me laborat (Ego curæ sum nemini); nam non operæ pretium sum (non curâ dignus sum). — Homines prudentes non modo munditiæ, sed etiam valetudinis causâ, immunditiam vitant, sæpeque lavantur. — Emesne illum equum? — Ego eum emam, quamvis non sit Anglicus. — Quamquam ille patruelis meus est, tamen me non visum venit. — Quamvis (*or* Licet) non divites sint, tamen beneficentissimi sunt. — Nescio, utrum domi sit, annon. — Quæritur, utrum hoc facturus sit, annon.

### 164. DICTATA CENTESIMA SEXAGESIMA QUARTA.

Quo morbo mortua est soror tua? — Mortua est febrî. — Quomodo se habet frater tuus? — Frater meus non jam (non amplius) in vitâ est. — Mortuus est (Diem suum obiit) tribus abhinc mensibus. — Miror hoc; valebat enim admodum bene



æstate præteritâ, quum ego ruri essem. — Quo morbo obiit? — Apoplexiâ obiit (mortuus est). — Quomodo valet amici tui mater? — Parum valet; in febrim nudius tertius incidit, et hodie mane febris (motus febriculosus) iterum (denuo) accessit. — Laboratne feбри intermittente? — Non scio (Nescio); sæpius autem frigidæ febris accessibus afficitur (corripitur). — Quid factum est mulieri, quam apud matrem tuam videbam? — Mortua est hodie mane apoplexiâ. — Eratne vinum anni proxime elapsi vendibile? — Parum vendibile erat; facilius autem anno proximo emptores inveniet; erit (*or* reperietur) enim ejus magna copia, neque carum erit. — Cur ostium aperis (recludis)? — Non vides, quantum fumi hic inest? — Non video (observo); sed fenestram potius, quam ostium, aperire (patefacere) te oportet. — Fenestra non facile aperitur; en causa, cur ostium aperiam (patefaciam). — Quando id claudes? — Id claudam (obseram), simul ut non amplius fumi fuerit. — Quin tu vasa illa vitrea pulchra in mensulâ statuis (collocas)? — Si ea in mensulâ illâ statuum, frangentur. — Itabatisne sæpe piscatum, quum illâ in terrâ essetis? — Nos persæpe et piscatum et venatum itabamus. — Tu, si nobiscum rus eas (ibis), castellum patris mei videbis. — Benigne dicis (*or* Jam gratia est), domine; ego illud castellum jam jam vidi (spectavi). — Tune talis (is) est, ut hoc facere possis? — Minime ego ille (*or* tam) ferreus sum; neque tu is es, qui, qui sim, nescias. — Nos ii sumus, qui nullâ re nisi libertate acquiescere queamus (sciamus). — Num qui sunt, qui hoc (id) non ita se habere affirmant? — Nulli sunt. — Num quis (quisquam) est, qui non intelligat? — Nemo est. — Multi sunt, qui te errare (falli) dixerint (dicerent). — Habebatne frater tuus aliquid novi, quod tibi (ad te) scriberet? — Vero, multa habebat, quæ mihi (ad me) scriberet. — Tu nonne felix es, qui librum hujusmodi inveneris? — Ego tam felix sum, quam qui felicissimus. — Incepitne ille scribere hodie mane? — Non incepit, quippe qui atramento careret. — Idoneusne est frater tuus, qui doceat? — Idoneus non est, qui doceat, sed qui scribat. — Estne dignus, qui imperet? — Est vero tam dignus, quam qui dignissimus. — Eculquid præceptor tuus sæpe in publicum prodibat? — In publicum prodibat, quotiescunque vacabat (quoties ei otium esset). — Fuitne filius meus diligens (studiosus)? — Vero, facile omnium princeps fuit, quam se cunque in partem dedisset.

165. DICTATA CENTESIMA SEXAGESIMA  
QUINTA.

Quando tu patris mei castellum videbas?— Videbam id anno proxime elapso, quum in itinere essem (*or iter faciens*). — Tam pulchrum est, quam quod ego adhuc castellorum pulcherrimum spectavi (Est unum de castellis, quæ ego adhuc pulcherrima conspexi); videtur (prospicitur) e longinquo. — Quid hoc (id, illud) dicitur? — Hoc omnino non dicitur. — Hoc intelligi non potest (non intelligibile est *or in intelligentiam non cadit*). — Ecquid non omnia linguâ tuâ dici (exprimi) possunt? — Omnia quidem eâ exprimi possunt, sed non similiter ac tuâ. — Surgesne cras e lecto bene mane? — Hoc ex tempore pendebit; si mature cubitum eam (iero), bene mane (e lecto) surgam; sin vero tarde (sero) me in lectum conferam (contulero), tarde et surgam. — Amabisne liberos meos? — Si bene morati sunt, eos amabo. — Visne cras apud nos cœnare? — Si vis apparare cibaria, quæ appetam, cœnabo vobiscum. — Legistine jam litteras, quas hodie mane accepisti (*or quæ tibi hodie mane redditæ erant*)? — Ego eas nondum (adhuc non) aperui. — Quando eas leges? — Legam eas, simul ut (quum primum) mihi erit otium. — Cui usui est hoc? — Nulli usui est (Nihil prodest). — Cur id sustulisti? — Id sustuli, ut tibi monstrem. — Potesne mihi dicere, quid sit? — Dicere tibi non possum; nam ipse nescio; sed fratrem meum interrogabo, qui tibi dicet. — Quo loco id invenisti? — Inveni id ad ripam, prope silvam (*or prope a silvâ*). — Perspexerasne id e longinquo (*or eminus*)? — Non necesse erat, ut id e longinquo perspicerem; præteribam enim juxta fluvium. — Vidistine unquam tale quid (quidquam hujusmodi)? — Nunquam. — Estne utile multum loqui (Ecquid multum loqui prodest)? — Si quis linguam aliquam peregrinam discere vult, utile est, ut permultum loquatur (prodest ei permultum loqui). — Prodestne (Refertne) tantum scribere, quantum loqui? — Utilius est loqui, quam scribere; si quis autem linguam aliquam peregrinam discere vult, utrumque faciat oportet. — Prodestne alicui scribere omnia, quæ dicat (*or quæ dicatur*). — Hoc prorsus inutile est. — Ambulatne patruus tuus sæpe? — Vero, quotidie mane ambulat, ante quam jentat, quod hoc salutare sit (*or esse dicat*). — Cur (Quam ob rem) ex academiâ expulsus (relegatus) est? — Expulsus est, quod ægrotaret *or* ægrotus esse diceretur). —

Quid gloriatus est? — Gloriatus est, se non modo pensa, quæ hoc in libro continerentur, omnia edidicisse (memoriæ mandavisse), sed semetipsum et exercitia (dictata), quæ ad unumquodque eorum pertinerent, suâ manu scripsisse. — Quid imperavit tibi magister tuus, ut facias? — Imperabat mihi, ut librum, quem mihi commodavisset, ipsi afferrem (apportarem).

### 166. DICTATA CENTESIMA SEXAGESIMA SEXTA.

Unde tu istum librum sumpsisti? — Sumpsi eum ex cubiculo amicæ tuæ. — Licetne (Estne fas) alienos libros absumere (auferre)? — Bene quidem scio, id non (*or* nemini) licere; sed mihi eo opus erat, nec hoc tibi, spero, displicebit; nam tibi eum reddam, simul ut perlegero. — Quinam vocaris? — Nomen est mihi Guilelmus (Guilermo *or* Guilelmi). — Quid sorori tuæ nomen est? — Nomen est ei Leonora (Leonora appellatur). — Quam ob rem Carolus sororem suam accusat (incusat)? — Quod illa pennas ipsius abstulerit. — Quem hi liberi incusant? — Franciscus Leonoram, et Leonora Franciscum incusant. — Uter eorum jure (recte) incusatur (queritur)? — Uterque eorum errat; Leonora enim librum Francisci, et Franciscus librum Leonoræ auferre volunt. — Cui tu Schilleri opera commodavisti? — Ego primum eorum volumen Wilhelmo, alterum autem Elisabethæ commodavi. — Quid illud dicitur Francogallice? — Id non dicitur Franco-gallice. — Quid vocatur hoc Germanice? — Dicitur (vocatur) hoc pacto. — Attulitne tibi jam sartor togam tuam novam? — Vero, eam mihi jam attulit; sed mihi parum convenit (non bene sedet). — Conficietne tibi aliam? — Necessè est, ut mihi aliam conficiat; nam dono hancce dabo, potius quam eam geram (gestabo). — Visne illo equo usitari? — Eo non usitabor. — Cur eo non usitaberis? — Quod mihi parum convenit. — Solvesne ejus pretium (Visne pro eo solvere)? — Pretium ejus solvam potius, quam eum usurpabo. — Cujus sunt libri illi pulchri? — Guilelmi sunt. — Quis ei eos dedit? — Pater ejus bonus. — Legetne eos? — Lacerabit eos potius, quam eos leget. — Certene scis, fore, ut eos non legat? — Certe scio (Hoc mihi persuasum est); nam is ipse mihi dixit (affirmavit).

167. DICTATA CENTESIMA SEXAGESIMA SEPTIMA.

Exsecutusne es mandatum meum? — Exsecutus sum. — Exsecutusne est frater tuus mandatum, quod ego ei mandavi (*or mandaveram*)? — Exsecutus est. — Visne mihi mandatum aliquod exsequi? — Ego tibi tam multis officiis obligatus (*obstrictus*) sum, ut mandata tua semper exsecuturus sim (*or exsequi paratus sim*), quandocunque tibi mihi aliquid mandare placebit (*placeat*). — Quære (*or Percunctare*) ex mangone, utrum mihi equum pretio, quod ei indicaverim (*pollicitus sim*), dimittere possit. — Certe scio (*mihi persuasum est*), fore, ut contentus esset, si tu aliquot thaleros amplius adderes (*or adjicere tibi placeret*). — Nihil amplius adjiciam (*Nolo quidquam amplius addere*). — Si mihi eum illo pretio dimittere possit, ut hoc faciat (*or facito hoc*); sin minus, eum retineat. — Salvete mane, liberi mei! Absolvistisne pensum vestrum imperatum? — Bene scis (*or Te non præterit*), nos id nunquam non absolvere; nam nos ægroti simus necesse est, ut non absolvamus (*or peragere negligamus*). — Quid nobis hodie faciendum imperas? — Imperabo (*Mandabo*) vobis pensum nonagesimum ediscendum, et dictata, quæ eo pertineant, absolvenda (*scribenda*); hæc sunt centesima duodeseptuagesima et (*atque*) centesima undeseptuagesima. — Facite (*or Cavete*), ne quidquam peccetis! — Sufficitne tibi hicce panis? — Mihi sufficeret (*Satis esset*), ni (*nisi*) vehementer esurirem. Quando frater tuus in Americam descendit? — Velum in altum dedit tricesimo mensis præteriti. — Pollicerisne mihi, te ad fratrem tuum loqui (*locuturum*)? — Tibi polliceor; ne dubita (*or factum puta*). — In fide tuâ requiesco. — Laborabisne diligentius pro (*in, de*) penso proximo, quam pro hocce (*or hodierno*) laboravisti? — Laborabo diligentius. — Licetne mihi (*or Possumne*) hoc confidere? — Factum putare tibi licet. — Fac, ut æquo sis animo, amice mi carissime, neve tristis sis; nam tristitia nihil emendat. — Tu creditores tuos ne metuas (*vereare*); persuasum tibi sit, fore, ut tibi nullam injuriam inferant. — Adhibenda est tibi patientia; solvam tibi, quodcunque mihi pecuniæ mutuum dedisti. — Cave credas, me hoc oblitum esse; nam id in animo verso quotidie. — Cave credas, me horologium portabile tuum aureum tenuisse, neque dominam Wilhelminam pyxidem tuam argenteam tenuisse; nam ego utrumque in sororis tuæ ma-

nibus tum videbam (perspiciebam), quum concertui adesses. — Quam pulchrum atramentarium tibi hic est! Quæso, id mihi commodes. — Quid eo facere vis? — Cupio id sorori meæ ostendere. — Accipe (id); sed tibi curæ sit, et cave frangas (or ne frangatur). — Ne timeas. — Quid a fratre meo postulas? — Pecuniam ab eo mutuam sumere cupio. — Sume ab alio (Fac or Cura, ut ab alio petas). — Si mihi mutuam dare nolit (or recuset), ab alio petam. — Bene (prudenter) facies. — Cave cupias (or Ne cupieris), quod possidere tibi non liceat (or quod habere nequeas), sed fac contentus sis eo, quod providentia divina tibi dederit, et reputa, multos inveniri (esse) homines, qui, quod tu possideas, non habeant. — Vita cum brevis sit, enitamur et contendamus, ut eam, quam gratissimam (jucundissimam) possimus, faciamus (reddamus). — Ecquid tu pensa tua imperata absolvisti (or dictata tua scripsisti)? — Absolvere ea non potui, cum frater meus domi non esset (propterea, quod frater meus non domi erat). — Non te oportet pensa tua imperata fratri tuo peragenda (facienda) mandare; sed absolvenda sunt tibi ipsi.

### 168. DICTATA CENTESIMA DUODESEPTUAGESIMA.

Ecquid discipuli tui dictata (exercitia) sua ediscunt (memoriæ mandant)? — Potius ea lacerare, quam ediscere (memoriæ mandare), malunt. — Quid postit a me hicce homo? — Pecuniam, quam ei debes, a te postulat. — Si cras mane se domum meam conferet, solvam ei, quod ei debeam. — Pecuniam suam perdere potius, quam eo se conferre, mavult. — Carolus Quintus, qui compluribus linguarum Europensium profluente celeritate utebatur, dicere solebat, loquendum esse nobis (or nos colloqui debere or oportere) Hispanice cum diis, Italice cum nostrâ amiculâ, Francogallice cum nostro amico, Germanice cum militibus, Anglice cum anseribus, Bohemice denique cum diabolo. — Quid est, cur mater famuli nostri veteris lacrimas effundat? Quidnam ei accidit? — Ea idcirco lacrimat, quod clericus vetus, amicus ejus, qui ei tam multa beneficia tribuerat (or tribuisset), pluribus abhinc diebus diem suum obiit (obierit). — Quo morbo (ille) mortuus (absumptus) est? — Apoplexiâ correptus est. — Ecquid tu patrem tuum in litteris suis scribendis adjuvisti? — Vero, eum adjuvi. — Visne me adjuvare (mihi operam tuam commodare)

in operando, quum (quando) in urbem inibimus? — Adjuvabo te operari, si me, unde vivam (*or ad sumptum*), quæritate adjuvabis. — Percontatusne es de mercatore, qui tam vili vendit? — Etiam, de eo percontatus sum; sed nemo mihi dicere potuit, quid de eo factum sit (esset). — Ubi habitabat, quum tu abhinc tres annos hac regione esses? — In viâ Carolinâ, numero quinquagesimo quinto, habitabat. — Quomodo tibi hoc vinum sapit? — Jucundissime (*or admodum jucunde*) sapit; sed aliquantum acerbius (*acidulum*) est. — Accepistine jam Cæsaris et Ciceronis opera? — Ego Cæsaris tantum (*or sola*) adhuc accepi; quod ad Ciceronis attinet, ego ea hebdomade proximâ accipere exspecto (*spero*). — Quomodo sorori tuæ mala illa sapiunt? — Jucundissime ei sapiunt (*Maxime ea quidem appetit*); tamen ea aliquantulo dulciora esse affirmat. — Visne esse tam benignus, ut mihi scutulam illam porrigas? — Magnâ cum voluntate (*or Libentissime*). — Visne me tibi hosce pisces porrigere? — Gratias tibi agam (*or Gratium mihi facies*), si mihi eos porriges. — Oportetne me sorori tuæ panem porrigere (*præbere or deferre*)? — Gratissimum mihi facies, si porriges. — Quomodo mater tua cibaria nostra appetit? — Valde ea appetit; ait autem se satis manducasse (*or se cibo satiatam esse*). — Quid me rogas? — Visne tam benignus esse, ut mihi frustulum (*carnis*) illius vervecinæ des? — Visne mihi, quæso, lagenam illam porrigere? — Nondumne satis bibisti (*or potu satiatus es*)? — Nondum; nam adhuc sitio. — Visne me tibi poculum vino implere (*or poculum infundere*)? — Non; vinum ex malis confectum præopto. — Cur non manducas? — Nescio, quid edam (*manducem*). — Quis ostium (*januam*) pulsat? — Peregrinus aliquis est. — Quid (*or Quâ de causâ*) lacrimat? — Lacrimat (*flet*) propterea, quod magnam calamitatem acceperit. — Quid tibi accidit? — Nihil mihi accidit. — Quo ibis hodie vesperi? — Non scio, quo eam (*Quo eam, nescio*). — Quo ibunt fratres tui? — Nescio, quo ituri sint; quod ad me attinet, ego in theatrum ibo (*iturus sum*). — Quam ob rem in urbem is? — Ego illo libros comparatum eo (*or Eo illo, ut aliquot libros coëmam or librorum coemendi causâ*). — Visne unâ mecum illo ire? — Volo tecum unâ ire; nescio autem, quid ibi faciam. — Oportetne me (*Licetne mihi*) homini illi die cæcâ vendere? — Par est, ut ei vendas, sed non die cæcâ; cave, ne ei confidas (*credas*); nam tibi debita non solvet. — Ecquem jam fraudavit (*Fraudavitne jam aliquem*)? — Fraudavit (*Fefellit*) vero jam complures mercatores, qui ei confisi erant

(qui ei crederant *or* in diem vendiderant). — Oportetne me mulieribus illis nobilibus confidere (credere)? — Licet tibi iis credere (in diem vendere); sed quod ad me attinet, ego eis non credam; sæpius enim ego a mulieribus falsus sum; en causa, cur dico, nos non cuivis credere oportere. — Confiduntne (Creduntne) tibi illi mercatores? — Confidunt mihi, et (sicut) ego iis confido. — Quā de causā homines illi nos derident (risos habent)? — Risos nos habent, quod male loquamur. — Quid tu rides? — Pileum tuum (De pileo tuo) rideo.

### 169. DICTATA CENTESIMA UNDESEPTUAGESIMA.

Ubi tu dominam illam cognovisti (vidisti)? — Ego eam apud quemdam de cognatis meis cognovi (vidi). — Tun' es, Carole, qui librum meum inquinasti? — Non ego sum; sororcula tua est, qui eum inquinavit. — Quis atramentarium meum pulchrum fregit? — Ego sum, qui (id) fregi. — Vosne illi estis, qui de me locuti estis? — Nos ii sumus, qui de te locuti sumus; sed nisi bonum nihil de te diximus. — Quā de causā consobrinus tuus me pecuniam atque libros rogat (poscit, postulat)? — Quia stultus est; a me, qui propinquissimā ei cognatione conjunctus sui que amicissimus sum, nihil postulat. — Quin tu ad cœnam venisti? — Retardatus sum; sed (tamen) sine me cœnare potuistis. — Numquid putas (arbitraris), nos non cœnaturos, nisi sit, ut tu venire possis (*or* si tu venire non possis)? — Quo usque (temporis) me opperiebamini (*or* me exspectabatis)? — Nos te usque ad quadrantem horæ post septimam exspectabamus (opperiebamur); et, quoniam non veniebas (venisti), nos sine te cœnavimus. — Propinastisne mihi salutem? — Etiam, salutem nos et tibi et parentibus tuis propinavimus. — Homo quidam vini cupidissimus erat; sed (tamen) in eo duas malas qualitates inveniebat. “Si aquam ei adfundo,” inquiebat, “ego id corrumpo (perdo), sin vero non (nihil) adfundo, me corrumpit (perdit).” — Quali specie est patruus tuus? — Hilarissimam speciem præ se fert; nam liberi ejus ei valde opprobantur (liberos suos valde approbat). — Ecquid amici ejus tam hilares esse videntur (tam hilarem speciem præbent), quam ipse? — Immo illi potius tristem speciem habent (præ se ferunt) propterea, quod sorte suā non contenti sunt. — Patruus meus pecuniā caret (pecuniam non habet), et tamen contentissimus est; sed

amici ejus, qui (*or* quanquam) grandem (*or* copiam ejus) habent, tamen vix unquam contenti sunt. — Diligisne sororem tuam? — Ego eam valde (maxime) diligo, et quoniam ea erga me officiosissima (benignissima) est, ego erga eam pariter (similiter *or* non minus) sum; tu autem quomodo tuam diligis? — Nos inter nos amamus (*or* alter alterum amamus) propterea, quod inter nos contenti sumus (*or* probamur). — Estne consobrinus tuus tibi consimilis? — Est mihi consimilis. — Ecquid sorores tuæ inter se consimiles sunt? — Non consimiles sunt inter se (Mores altera alterius non referunt); nam maxima earum natu ignava malisque moribus est, minima natu autem (e contra) assidua atque erga omnes humana (officiosa, benigna) est. — Quis pulsat ostium (januam, fores)? — Ego sum; tun' recludere vis? — Quid optas? — Venio te postulatum pecuniam, quam mihi debes, et libros, quos ego tibi commodavi. — Si tam benignus esse vis, ut cras venias, ego tibi utraque reddam (restituam). — Perspiciasne domum illam? — Perspicio; quid domus est? — Deversorium est; inibimus (intrabimus), si tibi collibitum est, ut scyphum vini bibamus (scyphum vini potatum); sum enim valde sitiens (nam valde sitio). — Tu semper (nunquam non) sitis, quum (*or* quotiescunque) deversorium vides. — Si intramus, ego tibi poculum propinabo. — Ego potius non bibere, quam deversorium quodvis inire, malo. — Quando mihi solves, quod mihi debes (debeas)? — Quum (*or* Simul ut) pecuniam habebō; me hodie aliquid postulare nihil prodest (inutile est); nam te non præterit (*or* fugit), nihil ab illo, qui nihil possideat (habeat), esse impetrandum. — Quando tibi pecuniam futuram arbitraris? — Credo (spero) fore, ut mihi anno proximo nonnulla sit. — Vis perficere (*or* Perficiesne) id, quod ego tibi dicam (dicturus sim)? — Perficiam, si non nimis est difficile. — Cur me rides (irrides, risum habes)? — Non te, sed togam tuam risum habeo. — Tuæ nonne specie consimilis est? — Non consimilis est; mea enim curta, tua longior est; mea nigra, tua viridis est.

### 170. DICTATA CENTESIMA SEPTUAGESIMA.

Numquid æquum (justum) est, te tali modo unumquemque irridere (*or* ut hunc ad modum omnes risos habeas)? — Ego, si togam (vestem) tuam derideo, non eā de causā omnes irrideo. — Ecquid filius tuus alicui (cuiquam) facie consimilis



est? — Non est similis ulli (Nemini consimilis est). — Quin (= Cur non) bibis? — Haud scio, quid bibam; nam ego bonum vinum appeto, et tuum aceto simile est. — Si aliud (or de alio) habere vis, in doliarium descendam, ut tibi ejus aliquantum apportem. — Benigne dicis (Jam gratia est), domine; ego hodierno tempore nihil amplius bibam. — Estne jam diu, ex quo tibi pater meus notus est? — Est vero jam diu; nam eum cognovi, quum scholam adhuc frequentabam. — Sæpe nos alter pro altero laborabamus; nam fratrum more (velut or tanquam fratres) inter nos amabamus. — Credo; nam inter vos consimiles estis. — Quandocunque ego pensa mea imperata non peregissem (dictata mea non scripsissem), is ea meâ vice peragebat (scribere solebat), et quum ille sua peragere neglexisset, ego ea ejus vice (pro eo) peragebam. — Cur pater tuus medicum adduci jubet? — Ægrotus est, et, quoniam medicus non venit, eum adduci (arcessi) jubet. — Succensetne (Iratusne est) tibi ille homo? — Eum idcirco mihi succensere (iratum esse) arbitror, quia ad eum visere non eam; sed ego domum ejus nisi invitus nunquam frequento; nam quum eum convenio (visito), tantum abest, ut me benigne (comiter) excipiat, ut torvis oculis me intueatur (intueri solet). — Ne credas, eum tibi iratum esse; nam non is malus est, qui esse videatur. Homo omnium præstantissimus est (or Vir tam bonus, ut qui optimus, est), sed eum cognoscas oportet, ut eum diligas carumque habeas. — Magnum discrimen est inter vos (Perninium interest inter vos); tu omnibus ad te visere venientibus arrides, ille autem eos torvis oculis excipere solet. — Cur tu hominibus illis familiariter uteris? — Ego iis idcirco familiariter utor, quod mihi utiles (usui) sunt. — Si familiariter iis uti pergis (Si consuetudinem cum iis continuas), tu rixis pessimis implicaberis, nam multos sibi inimicos habent. — Quomodo se gerit consobrinus tuus? — Se minus (or parum) honeste gerit; semper enim rixas aliquas in se conflât (perpetuo se jurgiis aliquibus implicat). — Tu nonne aliquando rixas malas in te conflias? — Verum quidem est, me nonnunquam in angustum venire; tamen ego semper me rursus expedio (extrico). — Videsne illos homines, qui nos adire velle videntur? — Vero, eos video, sed eos non metuo; nocent enim nemini. — Abeundum est nobis; nam ego me hominibus, quos ignoro, non libenter immisceo. — Ne eos timeas, te obsecro; nam patruum meum inter eos perspicio. — Notusne tibi est locus aliquis ad nandum opportunus? — Notus mihi est aliquis. — Ubi est (situs

est) ? — Ultra fluvium, pone versus silvam, juxta viam publicam situs est. — Quando nos nare (natāre) ibimus ? — Hodie vesperi, si tibi collibet. — Visne me opperiri ante urbis portam ? — Te ibidem opperiar (expectabo) ; sed te oro atque rogo, ne hoc obliviscare. — Non te fugit, me promissorum meorum nunquam oblivisci. — Monuistine fratrem tuum, ne hodie scriberet ? — Vero, eum et monui et hortatus sum. — Quis pervicit ? — Cæsar et mari et terrā pervicit. — Non modo pervicit, sed etiam triumphavit. — Loquiturne Latine ? — Loquitur vero tum Græce tum Latine. — Potestne epistolam scribere (Num epist. scribere scit) ? — Immo vero epistolam non modo (non) scribere, sed vix legere potest (scit).

### 171. DICTATA CENTESIMA UNA ET SEPTUAGESIMA.

Ah, actum est de me ! — Sed, pro Juppiter ! quam ob rem tu tantum clamas (tantum clamorem edis *or tollis*) ? — Ego anulis meis aureis, vestimentis meis optimis, atque omni meā pecuniā despoliatus sum ; en causa (hæc est causa), cur clamem. — Ne tantum tumultuere, quæso ; nam nos ii sumus, qui tibi omnia hæc abstulerimus, ut te tua (res tuas) melius custodire (curare), et cubiculi tui ostium domo exeuntem claudere (obserare) edoceamus. — Cur tu tam tristis videris (tam tristi vultu es) ? — Multa ego mala expertus (perpessus) sum ; quum omnes meas pecunias perdissem, ego ab hominibus humili specie (*or deformibus*) verberatus sum, et cum majore meā calamitate ego nunc patrum meum, virum optimum, quem ego tantopere amo (a me tantopere amatum), apoplexiā correptum esse cognosco. — Ne tantopere doleas (Noli tanto in mœrore esse) ; nam veniam necessitati dare nos oportet, nec tu verbum (adagium) illud ignoras : “ Factum fieri infectum non potest.” — Potesne illum hominem dimittere (absolvere, ablegare) ? — Dimittere eum non possum ; nam me utique (*or præfracte*) consecrari vult. — Mente captus est. — Quid a te postulat ? — Vendere mihi vult equum, quem ego non desidero. — Cujus hæ domus sunt ? — Meæ sunt. — Tuæne hæ pennæ sunt ? — Non, sororis meæ sunt. — Suntne hæ pennæ, quibus illa tam belle scribit ? — Eædem (*or Ipææ*) sunt. — Quis, quem accusas, homo est ? — Ille est, qui togam rubram gestat. — “ Quid interest inter horologium portabile et me ? ” hæc quæsit femina quædam nobilis a præfecto militari.

“*Domina mea,*” ille respondit, “*horologium portabile horas indicat, et te coram nos earum obliviscimur.*” — Rusticus quidam Russus, qui nullos unquam asinos conspexisset, complures eorum forte in Germaniā videns, “*Mehercule,*” inquit, “*quantī equi hac in terrā inveniuntur!*” — Quam multis beneficii vinculis ego tibi devinctus sum, amice mihi carissime! Tu me a morte servasti (Tu salutis meæ auctor es)! Sine tuā operā actum fuit (= fuisset) de me! — Ecquid tibi homines illi deperditi injuriam intulerunt? — Vero, me verberibus ceciderunt atque despoliarunt; et quum tu mihi succurreres (subvenires), in eo erant, ut me exuerent et occiderent. — Gaudeo hoc, quod te ex manibus illorum latronum eripui (*or me te ex manib., &c., eripuisse*). — Quam humanus es! — Adibisne ad amicum tuum hodie vesperi? — Ibo fortasse (*or Nescio an iturus sim*). — Ibuntne et sorores tuæ? — Ibunt fortasse (*or Haud scio an ituræ sint*). — Ecquid tibi concensus hesternus arridebat (probabatur *or placebat*)? — Parum mihi arridebat, aderat enim ibi tanta vis hominum, ut intrare vix possemus. — Affero tibi bellum munusculum, quod tibi valde arridebit (quod valde probabis). — Quid est? — Focale sericum (bombycinum) est. — Ubi est? — Id in marsupio meo teneo. — Placetne tibi (Ecquid tibi arridet)? — Vero, mihi valde arridet (maxime placet), et ego tibi gratiam pro eo refero, quantam maximam animus capere potest. — Spero, fore, ut tu quoque tandem aliquid a me accipias. — Quid mihi dare cogitas? — Haudum tibi dicam; nam si tibi dicam, minorem inde voluptatem percipies (habebis) tum, quum tibi dabo. — Quam ob rem illi homines inter se rixantur? — Inter se propterea rixantur, quod, quid sibi faciendum sit, nesciunt. — Contigitne iis, ut flammam extinguerent? — Etiam, tandem quidem iis contigit; dicitur autem plures domos igni deletas esse (sed complures domus incendio deflagavisse dicuntur). — Nihilne quidquam ex flammis servare (eripere) potuerunt? — Nihil servare potuerunt; homines enim illi deperditi, qui advolaverant, non modo flammam non extinguiebant, sed prædari etiam cœperant. — Cur profectus est amicus noster sine me? — Te usque ad duodecimam horam opperiebantur, et quoniam non veniebas (venire negligebas), profecti sunt sine te.

172. DICTATA CENTESIMA ALTERA ET SEPTUAGESIMA. (EPISTOLÆ.)

1. M. T. C. C. CURIONI S. D.\*

Gravi teste privatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo, clarissimo viro: qui cum suis laudibus, tum vero te filio, superasset omnium fortunam, si ei cantigisset, ut te ante videret, quam a vitâ discederet. Sed spero nostram amicitiam non egere testibus. Tibi patrimonium dii fortunent! Me certe habebis, cui et carus æque sis, et jucundus, ac fuisti patri. Vale.

2. M. T. C. TERENTIÆ S. P. D.

Si vales, bene est; valeo. Nos neque de Cæsaris adventu, neque de litteris, quas Philotimus habere dicitur, quidquam adhuc certi habemus. Si quid erit certi, faciam te statim certiozem. Valetudinem tuam fac ut cures. Vale.

3. M. T. CICERO TERENTIÆ SUÆ S. P. D.

In Tusculanum nos venturos putamus aut Nonis, aut postridie. Ibi ut sint omnia parata. Plures enim fortasse nobiscum erunt, et, ut arbitrator, diutius ibi commorabimur. Labrum si in balneo non est, ut sit. Item cetera, quæ sunt ad victum et ad valetudinem necessaria. Vale.

4. M. T. C. ACILIO PROC.(ONSULI) S. P. D.

Hippiam, Philoxeni filium, Calactinum, hospitem et necessarium meum, tibi commendo in majorem modum. Ejus bona, quemadmodum ad me delata est res, publice possidentur alieno nomine, contra leges Calactinorum. Id si ita est, etiam sine meâ commendatione ab æquitate tuâ res ipsa impetrare debet, ut ei subvenias. Quoquo modo autem se res habet, peto a te, ut honoris mei causâ eum expedias, tantumque ei commodes et in hac re et in ceteris, quantum tua fides dignitasque patietur. Id mihi vehementer gratum erit.

\* Marcus Tullius Cicero Gajo Curioni salutem dicit.

## 5. M. T. C. ALLIENO PROCOS. S. P. D.

Et te scire arbitror, quanti fecerim C. Avianum Flaccum: et ego ex ipso audieram, optimo et gratissimo homine, quam a te liberaliter esset tractatus. Ejus filios dignissimos illo patre, meosque necessarios, quos ego unice diligo, commendo tibi sic, ut majore studio nullos commendare possim. C. Avianus in Sicilia est. Marcus est nobiscum. Ut illius dignitatem præsentis ornes, rem utriusque defendas, te rogo. Hoc mihi gratius in istâ provinciâ facere nihil potes. Idque ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

## 6. M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

S. V. B. E. V. Si quid haberem, quod ad te scriberem, facerem id et pluribus verbis, et sæpius. Nunc quæ sint negotia, vides. Ego autem quomodo sim affectus, ex Leptâ et Trebatio poteris cognoscere. Tu fac, ut tuam et Tulliæ valetudinem cures. Vale.

## 7. M. CICERO S. D. TREBATIO.

Legi tuas litteras; ex quibus intellexi, te Cæsari nostro valde jureconsultum videri. Est quod gaudeas, te in ista loca venisse, ubi aliquid sapere viderere. Quodsi in Britanniam quoque profectus esses, profecto nemo in illâ tantâ insulâ peritior te fuisset. Verumtamen \* \* \* subinvideo tibi, ultro te etiam arcessitum ab eo, ad quem ceteri, non propter superbiam ejus, sed propter occupationem, adspirare non possunt. Sed tu in istâ epistolâ nihil mihi scripsisti de tuis rebus, quæ mehercule mihi non minori curæ sunt, quam meæ. Valde metuo, ne frigeas in hibernis. Quamobrem camino luculento utendum censeo. Idem Mucio et Manilio placebat; præsertim qui sagis non abundares; quamquam vos nunc istic satis calere audio; quo quidem nuntio valde mehercule de te timueram. Sed tu in re militari multo es cautior, quam in advocationibus; qui neque in Oceano natare volueris, studiosissimus homo natandi, neque spectare essedarios, quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus. Sed jam satis jocati sumus. Ego de te ad Cæsarem quam diligenter scripserim, tute scis; quam sæpe, ego. Sed mehercule jam intermiseram, ne viderer liberalissimi hominis meique amantissimi voluntati ega me diffidere. Sed tamen his litteris, quas proxime dedi, putavi esse hominem commonendum. Id feci. Quid

profecerim, facias me velim certiozem, et simul de toto statu tuo consiliisque omnibus. Scire enim cupio, quid agas, quid exspectes, quam longum istum tuum discessum a nobis futurum putes. Sic enim tibi persuadeas velim, unum mihi esse solatium, quare facilius possim pati, te esse sine nobis, si tibi esse id emolumento sciam; sin autem id non est, nihil duobus nobis est stultius: me, qui te non Romam attraham, te, qui non huc advoles. \* \* \* Quare omnibus de rebus fac ut quam primum sciam. Aut consolando, aut consilio, aut re juvero.

13 \*

THE END.



















**Harvard College Library**

FROM

*Trefts College*

.....

.....

.....



